quidem capiebat , agmina sua improvidè
tumulantes . Quippe , ubi intravit anim
vor , id solum metuunt , quod primùm Quip
dare cœperunt . Alexander , instantibus suis ,
abeuntem hostem sequi permitteret , hebetia
se , & manus fatigatas , tantoque cursu copi
ne i
hausta , & præceps in noctem diei tempus
tus est . Reverà de lævo cornu , quod ad me
acie stare credebat , sollicitus , reverti ad sen
tum
opem suis statuit . Jamque signa convertere
equites à Parmenione missi , illius quoque
victoriam nuntiant . Sed nullum eo diem extra
riculum adiit , quām dum copias reducunt
Pauci eum , & incompositi sequebantur
victoria . Quippe omnes hostes , aut in fug
fusos , aut in acie cecidisse credebant ; cū
te ex adverso apparuit agmen equitum , q
mò inhibuere cursum , deinde , Macedon
citate conspecta , turmas in obvios con
runt . Ante signa Rex ibat , dissimulato
rico , quām spreto . Nec defuit ei per
dubiis rebus felicitas . Namque Prefectum
tus , avidum certaminis , & ob id ipsum in
in seruentem , hasta transfixit . Quo ex eum h
so , proximum , ac deinde plures eodem
fodit . Invasere turbatos amici quoque . Noco
se inulti cadebant , quippe non universi
quam hę tumultuarę manus , vehementer durar
amplic

certamen. Tandem Barbari, cum obscura lu-
fuga tunc videretur esse, quam pugna, di-
versis agminibus abierte. Rex extraordinario peri-
ulo defunctus, incolumes suos reduxit in castra.

NOTAS.

Quippe ubi. Porque en dejándose apoderar del mie-
do, ninguna cosa se teme mas, que la que fue
causa del temor, y suyo.

Ne impune ... causatus est. Dio por escusa de no
permitir seguir el alcance al enemigo, que libre-
mente huia.

dfern dibus rebus. En los mayores peligros.

Cum multuari manus. Tropas sin orden, y forma mi-
litare, y que juntó el acaso.

xtraordinario. Libre de tan grande peligro.

CAPITULO LVI.

MUERTOS DE AMBAS PARTES : ELOGIO DA
Alejandro, y otros Capitanes suios.

Cecidere Persarum, quorum numerum victo-
res inire potuerunt millia XL. Macedonum
minus, quam CCC. desiderati sunt. Cete-
quam hanc victoriam Rex majore ex parte virtuti,
fortunæ suæ debuit. Animo, non (ut antea)
Noco vicit. Nam & aciem peritissimè instruxit, &
romptissimè ipse pugnavit, & magno consilio
acturam sarcinarum, impedimentorumque con-
cepit, cum in ipsa acie summum rei videret esse

discrimen. Dubioque adhuc pugnē eventu
victore se gessit. Percusso deinde hostes
fugientes, quod in illo ardore animi vix credi
prudentius, quam avidius persecutus est.
si parte exercitus adhuc in acie stante, in
dentibus perseverasset, aut sua culpa victus
aut aliena virtute vicisset. Jam si multis
equitum occurrentium extimisset, victor
sedè fugientium, aut miserabilitè caderet.
Ne Duces quidem copiarum sua laude fra-
sunt. Quippe vulnera, quæ quisque excepta
dicia virtutis sunt. Hephestionis brachium ENI
ictum est: Perdiccas, ac Cenos, & Meno-
gitis propè occisi. Et, si verè estimare Min-
nas, qui tunc erant, volumus, fatebimur &
gem calibus ministris, & illos tanto Rege
dignissimos. 26

NOTAS.

Quorum numerum. Segun el computo, que
ron hacer los vencedores.

Desiderati sunt. Faltaron, ó murieron.

Animo. Diole la victoria su valor, y animo
mo en la batalla antecedente, el lugar, y he-
del terreno.

Pro victore. Hizo del que había alcanzado ya la
ria para animar a los suyos, y desanimar al
Parte exercitus. La ala izquierda, que mandaba
m-nion, y estaba aun en Batalla con Mar-
Aliena virtute. No por valor suyo, sino por el de Pa-
Et si verè. Y si hemos de hacer el concepto, que se

Q

re

utiq

con

ope

test.

sunt

belli

rum

Quil

quin

pia

mam

Id su

LIBER QUINTUS.

CAPITULO I.

*ENTRA DARIO EN ARBELA CON PARTE DE
sus Capitanes, y Soldados, à los quales
propone su resolucion en este lance
apretado.*

QUÆ interim ductu , imperioque Alexandri vel in Gracia, vel Illyriis, ac Thracia ges- ta sunt , si quæque suis temporibus redde- re voluero, interrumpendæ sunt res Asiae , quas utique ad fugam , mortemque Darii universas in conspectum dari , & sicut inter se coherent , ita opere ipso conjungi, haud paulò aptius videri po- test. Igitur , quæ prælio apud Arbëllam conjuncta sunt , ordinar dicere. Darius media ferè nocte Ar- bellam pervenit , eodemque magnæ partis amico- rum ejus , ac militum fugam fortuna compulerat. Quibus convocatis , exponit : Haud dabitare se , quin Alexander celeberrimas urbes , agrosque omni co- pia rerum abundantes petiturus esset : prædam opi- mam , parataisque ipsuin , & milites ejus spectare. Id suis rebus tali statu saluti fore ; quippe se deserta

cum expedita manu petiturum. Ultima Regni
intacta esse: inde bello vires haud aegrè reparari
Occuparet sane gazam avidissima gens, &
fame satiaret se auro, mox futura prædicta EN
eisse usū, pretiosam suppellectilem, pellicesque
donum agmina, nihil aliud fuisse, quām
impedimenta. Eadem trahentem Alexandrum,
antea viciisset, inferiorem fore. Plena omnibus P
tionis videbatur oratio: quippe Babylonem
opulentissimam dedi cernentibus, jam Sufi
et cetera ornamenta Regni, causamque belli, vide
occupaturum. At ille docere pergit, non opib
dicitu, sed usū necessaria in rebus adversis esse m
esse. Ferro geri bella, non auro, viris nostrum
rectis: omnia sequi armatos. Sic majores suos puniti
fos in principio rerum, celeriter pristinam militi
fortunam. Igitur sive confirmatis eorum migrin
sive imperium magis, quām consilium sequenti se
Mediæ fines ingressus est. 35

NOTAS.

Sicut inter se. Por el orden de tiempo, ^{en} porti
cedieron. ^{uing}

Intacta esse. Aun estaban por conquistar, ^{erva}
Omnia sequi. No hai cosa, que al cabo no ^{um}
ser de los que están en armas. ^{unt,}

In principio. Al principio del Reino de los ^{Mana}
cuando se estableció. ^{inqui}



CAPITULO II.

*ENDICION DE ARBELA : DESPOJOS DESTA
conquista : descripcion del Tigris , y
el Eusfrates.*

Paulo post Alexandro Arbella traditur, Regia suppellectili, ditique gaza repleta. Quatuor millia talentum fuere: præterea pretiosi, vestes, totius (ut suprà dictum est) exercitus non sibi in illam sedem congestis. Ingruentibus deinceps morbis, quos odor cadaverum totis jacentibus campis vulgaverat, maturius castra movit. suopuntibus aperit se à parte Iæva Arabia odorum fertilitate nobilis regio, campestre iter est. Inter magnum, & Euphratem jacentia tam uberi, & pingue solo, ut à pastu repellit pecora dicantur, netas perimat. Causa fertilitatis est humor, qui utroque amne manat, toto ferè solo propter vas aquarum resudante. Ipsi amnes ex Armeniæ aontibus proflunnt, ac magno deinde aquarum diuersiorio iter, quod cœpere, percurrunt. Duo millia, & quingenta stadia emensi sunt, quæ amplissimum intervallum circa Armeniq; montes notaverunt. Idem cum Mediae, & Gordianorum terras secare cœperunt, paulatim in arctius coeunt: &c., quò longius manant, hoc angustius inter se spatium terræ relinquunt. Vicini maximè sunt in his campis, quos ncolæ Mesopotamiam appellant; medium namque ibi utroque latere concludunt. Idem per Babylo-niorum fines in Rubrum mare irrumunt. Alexander

der quartis castris ad Mennin urbem per:
 Caverna ibi est, ex qua fons ingentem vi-
 minis effundit, adeò, ut satis constet, Babyloni-
 muros ingentis operis hujus fontis bitumina-
 litos fuisse.

30

NOTAS.

Quos odor. Que iban cudiendo por el olor
 cial de los cadáveres.

Per venas aquarum. Rezumandose por los ma-
 gno divertio. Apartandose mucho el uno del
 otro. Estos mismos ríos.

Secare. Entrar, o correr. Dicese, que corta
 de las tierras, porque el río ba por el medio
 Vicini maximè. Acercañse mucho uno á otro
 campos.

Mediam ab. Dexan en medio, cerrando de
 lados la Mesopotamia.

Ingentis operis. Una de las marabillas del
 mundo. Una obra grande.

CAPITULO III.

ENTREGASELE BABILONIA: ENTRA EN
 y es recibido con aclamaciones.

Ceterum Babylonem procedenti Alexan-
 der Mazeus, qui ex acie in urbem eam
 gerat, cum adultis liberis supplex oc-
 urbem, seque dedens. Gratus adventus ejus Quadi-

em per quippe magni operis futura erat obsidio tam
em vim anitæ urbis. Ad hoc vir illustris, & manu promp-
, Bab s, famaque etiam proximo prælio celebris, &
tum ad deditonem sui incitaturus exemplo
zteros idebatur. Igitur hunc quidem benignè cum libe-
s excepit. Ceterum quadrato agmine, quod ipse
ucebat, velut iuaciem irent, ingredi suos jubet.
Magna pars Babyloniorum constiterat in muris,
vida cognoscendi novum Regem. Plures obviam
gressi sunt. Inter quos Bagophanes, arcis, & Re-
lunus iæ pecuniæ custos, ne studio à Mazeo vince-
corta ecce curta at, totum iter floribus, coronisque constrave-
edio at, argenteis altaribus utroque latere dispositis,
do de ux non chore modò, sed omnibus odoribus cu-
del ulaverat. Eum dona sequebantur, greges peco-
niorumque leones quoque, & pardales
m, equorumque leonis quoque, & pardales
dei tiveis preferebantur. Magi deinde suo more pa-
cum carmen canentes, post hos Chaldei, Baby-
niorumque non vates modò, sed etiam artifices,
am fidibus sui generis ibant. Laudes ii Regum ca-
tere soliti Chaldei siderum motus, & statas tempo-
rum vices ostendere. Equites deinde Babylonii, suo,
ltque eorum cultu, ad luxuriam magis, quam
id magnificientiam exacto, ultimi ibant. Rex ar-
matis stipatus, oppidanorum turbam post ultimos
pedites ire jussit. Ipse cum curru urbem, ac dein-
de Regiam intravit. Posterò die supellecilem Da-
ni, & omnem pecuniam recognovit. 32

NOTAS.

Quadrato. En forma de cuadro.

Pardales. Y Onzas hembras en jaulas. Son feroz : el macho en latin es Pardus. Magi. Los Sacerdotes de los Persas. Chaldei. Los Sabios de Babilonia , diestrarium car , y descifrar sueños , y en la astrologia Cultu ad. Con trajes , y aderezos mas de lacion , y profanidad , que de la magnitudin

CAPITULO IV.

DESCRIPCION DE BABILONIA

Cæterum ipsius Urbis pulchritudo , atque oculos in semet haud immerito compulsa , non Regis modò , sed etiam opere quibus Semiramis eam condiderat , vel (ut plerique illidit didere) Belus , cuius Regia ostenditur. Monstrumplexa tructus laterculo coetili , bitumine interlitus fundatum duorum & triginta pedum latitudinem munitum est. Quadrige inter se occurrentes sine percommeare dicuntur. Altitudo muri centum torum eminet spatio. Turres denis pedibus , mult murus , altiores sunt. Totius operis ambitus ni. s centa & sexaginta stadia complectitur. Simrum stadiorum structuram singulis diebus perfunditum esse , memoriæ proditum est. Aedificia non humo admota muris , sed ferè spatium unius jugularum sunt. Ac ne totam quidem urbem testis os verunt : per nonaginta stadia habitatur. Nec dum nia continua sunt ; credo , quia tutius vilis

uribus locis spargi. Cetera serunt, coluntque,
si externa vis ingruat, obfessis alimenta ex
psius urbis solo subministrent. Euphrates interfluit,
nagneque molis crepidinibus coercetur. Sed om-
niū operum magnitudinem circumveniunt caver-
logiae ingentes, in altitudinem pressę ad accipien-
de adūm impetum fluminis: quod ubi apposite cre-
ripidinis fastigium excessit, uibis tecta corriperet,
nisi essent specus, lacusque, qui exciperent.
—Cōstili laterculo strūcti sunt; totum opus bitumi-
ne astringitur. Pons lapideus flumini impositus,
jungit urbem. Hic quoque inter mirabilia Ori-
entis opera numeratus est. Quippe Euphrates altum
vehit, quo penitus ad fundamenta jacien-
da egesto, vix fulciendo operi firmum reperiunt
ac solūm. Arenę autem subinde cumulatæ, & saxis,
i oīibus pons sustinetur, annexę, morantur amnem,
con qui retentus acrius, quām si libero cursu mearet,
rigiditur. Arcem quoque ābitu viginti stadia com-
plexam habent: triginta pedes in terram turrium
fundamenta demissa sunt: ad octoginta summum
munimenti fastigium pervenit. Super arce, vulga-
tum Græcorum fabulis miraculum, pensiles horti
sunt, summam murorum altitudinem æquantes,
multarumque arborum umbra, & proceritate amce-
ni. Saxeę pileę, que totum onus sustinent, instru-
ctæ sunt. Super pilas lapide quadrato solum stra-
tum est, patiens terræ, quam altam injiciunt, &
humoris, quo rigant. Adeoque validas arborum
sustinent moles, ut stipites earum octo cubitorum
spatium crassitudine æquent, in quinquaginta pe-
dum altitudinem emineant, & frugiferę sint,
æquę

æquè , ac si terra sua alerentur. Et
tuſtas non opera ſolū manu facta , la
ipsam naturam paulatim exedendo perim
moles , quę tot arborum radicibus premis
que nemoris pondere onerata eſt , inviolata
Quippe viginti lati parietes ſuſtincent ; unde
dum intervallo diſtantes , ut procul videntur
vę montibus ſuis imminere videantur. Si
gem Babylone regnantem hoc opus eſſe
memorię proditum eſt , amore conjugis vi-
bus desiderio nemorum , ſylvarumque in campis
locis virum compulit naturę genium ſuſtum
hujus operis imitari. 63

NOTAS.

Unius jugeri. De una yugada. Es medida que in
que conſtaba de ciento y veinte pies de ancho en f
doble de largo. uido

Crepidinibus. Con diques , y murallores. le) i

In altitudinem preſſe. Mai ondas. etric

Ad excipiendum. Para cortar la furia del ſramo
cargando , o desaguandose por las boias por

Egeſto. Sacado a fuera. mito

Pile. Las columnas. sequ

Paulatim exedendo. Consumiendo poco a poco


curva



CAPITULO V.

*ESTUMBRES VICIOSAS, Y ESTRAGADAS DE
los Moradores de Babilonia.*

Dutius in hac urbe , quām usquam constitit
Rex. Nec ullus locus discipline militari ma-
gis nocuit. Nihil urbis ejus corruptius mo-
ribus , nec ad irritandas , illicendasque immo-
campicas voluptates instruxit. Liberos , conjugesque
ambum hospitibus stupro coire , modò pretium flagi-
tii detur , parentes , maritique patiuntur. Convi-
tales ludi tota Perside Regibus , Purpuratisque cordi-
unt : Babylonii maximè in vinum , & quę ebrie-
atem sequuntur , effusi sunt. Fœminarum convi-
da aīa ineuntium in principio modestus est habitus ,
and summa quęque amicula exauunt , paulatimque
udorem profanant. Adultimum (honos auribus
le) ima corporum velamenta projiciunt . Nec me-
tetricum hoc dedecus est , sed matronarum , viro-
l grumque , apud quos comitas habetur vulgati cor-
poris vilitas. Inter hęc flagitia exercitus ille do-
mitor Asie per xxxiv. dies saginatus , ad ea que
sequebantur discrimina , haud dubiè debilior fu-
turus fuit , si hostem habuisset. 20



CAPITULO VI.

ENGRUESA ALEJANDRO SU EGERCITO.
*Gobernadores en Babilonia, y en las Provincias
 iacentes : reforma la disciplina
 militar.*

Cæterum, quominus damnum sentire
 tidem incremento novabatur. Namque
 Andromenis ab Antipatro Mac-
 peditum sex millia adduxit, quingentos
 ejusdem generis equites, cum his sexcentos
 cas, adjunctis peditibus suæ gentis tribus
 & quingentis. Et ex Peloponneso mercenari-
 les ad quatuor millia advenerat, cum trece-
 octoginta equitibus. Idem Amyntas adduxerat
 quaginta Principum Macedoniæ liberos ad
 custodiam corporis. Quippe inter epulas hi
 Regis ministri. Idemque equos ineunti per
 admovent, venantemque comitantur, &
 rum vices ante cubiculi fores servant. Magis
 que Praefectorum, & Ducum hæc incrementum
 & rudimenta. Igitur arcii Babylonie Rex Ag-
 ne præsidere jussò, cum septingentis Macedo-
 trecentisque mercede conductis, Prætores,
 gioni Babylonie, & civitati præfessent, Me-
 & Apollodorum reliquit. His duo millia
 cum mille talentis dat. Utrique præceptum
 supplementum milites legerent, Mazæum
 gam Satrapæa Babylonie donarunt. Bagophane
 arcem tradiderat, se sequi iussit. Armenia Ma-

Sardium proditori data est. Ex pecunia deinde
babyloniae Macedonibus equitibus sexcenti dena-
rii tributi : peregrinus eques quingenos accepit:
ducenis pedestrium stipendum mensum est. His
ita compositis, in regionem, quæ Satrapene vo-
catur, pervenit. Fertilis terra, copia rerum,
& omni commeatu abundans. Itaque diutius ibi
sabstituit; ac, ne dehinc otio demitterent animos,
judices dedit, præmiaque proposuit de virtute mi-
litari certantibus. Octo, qui fortissimi judicati
essent, singulis militum milibus præfuturi erant:
Cibiliarchas vocabant, tum primùm in hunc nume-
rum copiis distributis. Namque antea quinquage-
narie cohortes erant, nec fortitudinis præmo ces-
serant. Ingens militum turba convenerat, egregio
interfutura certamini, testis eadem cujusque fa-
torum, & de iudicibus latura sententiam. Quip-
pe verò ne, an falsò honos cuique haberetur, ig-
norari non poterat. Primus omnium virtutis cau-
a donatus est Adarchias senior, qui omissum apud
Halicarnassion à junioribus prælium, unus maxi-
mè accenderat: proximus ei Antigenes visus est: ter-
tium locum Philotas Angeus obtinuit: quartus
Amyntæ datus: post hos Antigonus: & ab eo Lyn-
cestes Amyntas fuit: septimum locum Theodotus:
ultimum obtinuit Hellanicus. In disciplina quo-
que militaris rei pleraque à majoribus tradita, uti-
liter mutavit. Nam, cùm ante equites in suam
quisque gentem describerentur, seorsum à cæteris,
exempto nationum discrimine, Præfectos non uti-
que suarum gentium, sed delectos attribuit Tu-
ba, cùm castra movere vellet, signum dabat;

eujs sonus plerumque, tumultuantum fremit
tiente, haud satis exaudiebatur. Ergo per
quæ undique conspicere posset, supra Pre
statuit, ex qua signum eminebat pariter om
conspicuum. Observabatur ignis noctu, fu
terdiu. 63

NOTAS.

Incremento. Reforzaba sus tropas con recl
Magnorumque. Y estos son los principios, y
meros grados, por donde suben à los mayoras
Chiliarchas. El que manda à mil soldados.
Nec fortitudinis. Ni se habian dado por m
à los mas valientes.

Proximus ei. El segundo.

Et ab eo. Y despues deste.

Seorlum. Separados de los demás, quitada e
cion, que habia de naciones.

Ex qua. De la cual pertiga, ó vara larga q
estandarte, ó vandera.

CAPITULO VII.

ENTREGASE A ALEJANDRO LA CIVI
de Susa. Drom

JAmque Susa adituro, Abulites region
Præfetus, sive Darii jussu, ut AlexAccit
præda retineret, sive sponte, filium Non si
misit, traditurum se urbem promittens. Excell
juvenem exceptit Rex, & eo duce ad Chafas,
annem pervenit, delicatam (ut fama est) Hospit
tem aquam Hic Abulites cum donis regal
lentiç occurrit. Dromades camelii inter domos Sed o

elocitatis eximię, duodecim elephanti à Dario
India acciti, non jam terror, ut speraverant,
Macedonum, sed auxilium, opes victi ad victo-
rem transferente fortuna. Ut verò urbem intra-
vit, incredibilem ex thesauris summam pecuniæ ges-
sit, quinquaginta millia talentū argenti, non
signati forma, sed rudi pondere. Multi reges tan-
tas opes longa etate cumulaverunt liberis, poste-
risque, ut arbitrabantur, quas una hora in exter-
ni Regis manus intulit. Consedit deinde in Regia
ella, multò excelsiore, quam pro habitu corporis.
Itaque pedes cum imum gradum non contingerent,
inus ex Regis pueris mensam subdidit pedibus.
It, cùm spadonem, qui Darii fuerat, ingemis-
tentem conspexisset Rex, causam mœstis & re-
uisivit. Ille indicat, Darium vesci in ea solitum,
que sacram ejus mensam ad ludibrium reciden-
tis sine lacrymis conspicere non posse. Subiit er-
o Regem verecundia violandi hospitales Deos.
amque subduci jubebat, cùm Philotas: Minime
verò hac feceris, Rex, sed omen quoque accipe, men-
am, ex qua libavit hostii epulas, tuis pedibus esse
subjectam.

30 NOTAS.

Dromades Cameli. Dromedarios: camellos de poco
cuerpo; así llamados en griego por su mucha ligereza.
Ex acciti. Trabidos.

Non signati... sed rudi. No acuñada, sino en barras.
Excelsiore. Mas alta de lo que pedía su estatura, y
así no llegando sus pies al suelo.

Hospitales. Convidaban a los Dioses a sus combites, y
en las mesas ponían sus estatuas.

Sed omen. Antes bien ten por feliz pronóstico, el que

CAPITULO VIII.

DEJA CON GUARNICION EN SUSA A SISIGAMBIS
hacela un presente, y la consuela.

REX, Persidis fines aditurus, Susa ubi chelao, & præsidium trium millium Et si Xenophilo arcis cura mandata est Uc si Mecedonum etate gravibus præsidere arcis tia diæ jussis. Thesaurorum Callicrati tutela Dece pa fa. Satrapia regionis Susianæ restitura don Matrem quoque Darii, & liberos in eadem co. deponit. Ac fortè Macedonicae vestes, ave que purpuram dono ex Macedonia sibi por cum iis, qui eam confecerant, tradi Sysigamb Digna Omni namque honore eam, & filii quoq. tate prosequebatur. Admonerique iulsit, cordi quoque vestis esset, confiscere eam tes suas assuefaceret, donoque doceret. Ad hanc vocem lacrymæ abortæ prodidere aspernantis id munus. Quippe non aliud DES contumeliam Persarum fœminæ accipiunt, l admoveare lanæ manus. Nuntiant, qui doc rant, tristem esse Sysigambim. Dignaque n cusatione, & solatio visa. Ipse ergo per eam: Et, Mater, inquit, hanc vestem, Oriti zus sum, sororum non solum donum, sed etiæ stadia vides Nostri decepere me mores. Cave, obstatur. A contumeliam accipias ignorationem meam. & alveo moris esse cognovi, ut spero, abunde seruam dia su Ecio apud vos filium in conspectu matri nefarum P

dere; nisi cum illa permisit. Quotiescumque ad
veni, donec, ut considerem, annueres, restitu.
procumbens venerari me sepe voluisti, inhibui. Dul-
issima matri Olympiadi nomen debitum, tibi reddo. 30

NOTAS.

Et filii amore. Amabala como hijo à Madre.

Uc si cordi. Para que si tambien gustase de aquel vesti-
tido, y gala: si fuera de su gusto.

Decepere. Hanme engañado las costumbres de mi
patria. Hizolo Alejandro, porque se usaba en Mace-
donia, sin advertir, que los Persas lo tenian por
cosa vil.

Cave in. Mira que no tengas por desaire, ni te des-
por ofendida.

Digna. De que debia escusarse, y dar la satisfacion.

CAPITULO IX.

DESCRIPCION DEL PASITIGRIS : SUGETA A
los Ufios: perdona al Gouvernador à petition
de Sisigambis.

MItigato ejus animo, Rex quartis castris peri-
venit ad fluvium. Pasitigrim incole vocant.
Oritur in montibus Uxiorum, & per quinquaginta
stadia sylvestribus ripis præceps inter saxa devolvi-
tur. Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore
alveo præterit, jam navium patiens. Sexcenta sta-
dia sunt mollioris soli, per quod leni tractu aqua-
rum Persico mari se insinuat. Alexander, amne sui

perato , cum novem millibus peditum , & ^{series}
 nis , atque Græcorum mercenariis millibus ^{a pa-}
 cim , additis millibus Thracum , in regione ^{ibus}
 rum pervenit . Finitima Susis est , & in prima Regi
 fidem excurrit , arctum inter se , & Susano ^{plici}
 tum relinquens . Madathes erat hujus regio matr
 fectus , haud sanè temporum homo . Quippe mitti
 ma pro fide experiri decreverat . Sed per haad
 rum Alexandrum docent , occultum iter Et 1
 calles , & aversum ab urbe , si paucos milles ^{xera}
 viter armatos , super capita hostium evasuros . Diu
 consilium placuisse , iidem itinerum fuerunt nuer
 Mille , & quingenti mercede conducti , & qua
 ni ferè mille Tauroni Præfecto dati , ac polgenti.
 lis occasum iter ingredi jussi . Ipse tenuisse ,
 castris motis , circa lucis ortum superaverat Alexan
 gustias . Celaque materia cratibus , & pluteis quid e
 dis , ut , qui turres admoverent , extra tellib[us] i
 essent , urbem obsidere cœpit . Prærupta et non b
 nia saxis , & cotibus impedita . Multo derat
 vulneribus depulsi , ut quibus non cum hosti vel u
 sed etiam cum loco dimicandum esset , sed ip
 tamen ; quia Rex inter primos constiterat ,
 rogans tot urbium victores : An erubescerent
 in obsidione castelli exigui , & ignobilis simulacrum
 ter h[ec] eminus petebatur , cum testudine
 milites , quem ut inde discederet , pellere ne
 rant , tuebantur . Tandem Tauron super ante
 his se cum suo agmine ostendit . Ad cuius o
 ctum , & animi hostium labare , & Macedones
 prælium inire coeperunt . Anceps oppidanos
 urgebat . Nec sisti vis hostium poterat . Pauci

erendum, pluribus ad fugam animus fuit. Mag-
 ibus a pars in arcem concessit. Inde triginta Orato-
 rem ibus missis ad deprecandum, triste retpontum -
 Rege redditur, non esse veniae locum. Itaque supè
 pliorum metu perculsi, ad Syfigambim Darij
 matrem, occulto itinere, ignotoque hostibus
 mittunt, qui peterent, ut ipsa Regem mitigaret,
 haud ignari, parentis eam loco diligí, colique,
 Et Madathes sororis filiam secum matrimonio jun-
 xerat, Darium propinqua cognatione contingens.
 Diu Syfigambis supplicum precibus repugnavit, ab-
 nuens depreciationem pro illis convenire fortunæ, in
 qua esset: adjecitque, metuere se, ne victoris indul-
 gentiam fatigaret, sepiusque cogitare, captivam es-
 tia se, quam Reginam fuisse. Adultimum victa, literis
 Alexandrum ita deprecata est; ut ipsam excusaret,
 ei quid deprecaretur: petere se, ut, illis quoque si minus,
 sibi ignosceret: pro necessario, ac propinquo suo, jam
 et non hoste, sed supplice, tantum vitam precari. Mo-
 derationem, clementiamque Regis, quæ tunc fuit,
 vel una hæc res possit ostendere: non Madathi mo-
 dò ignovit, sed omnes & deditos, & captivos li-
 bertate, atque immunitate donavit, urbem reliquit
 intactam, agros sine tributo colere permisit. A vi-
 store Dario plura mater non impetrasset. 66

NOTAS.

Ejus. De Syfigambis.

Quos clementiore Por donde corre mansamente, sien-
 do desde alli navegable.

Haud sanè. Hombre constante, y siempre fiel: que no
 se acomodaba al tiempo.

Per calles. Por sendas , y atajos.

Cotibus. Lo mismo que cautibus: peñasco, ó penitus exti

Cratibus. Eran à manera de un enrejado hecho en
mas flexibles, con que se defendian de las armadas fau
jadizas de los enemigos.

Pluteis. Maquina de ramas entretigadas cubiertas d'ini
ros, de que usaban para batir seguros las murallas.
Testudine obiecta. Puestos los escudos sobre la bânt
à manera de concha de tortuga.

Quem ut. A Alejandro , al cual no habian pere

reducir , à que.

Abnuens. Asegurando, que no era conveniente la sou
en que se hallaba, el interceder por ellos, siem

Ut illis. Y que , ya que de los otros no , á hem p
se compadeciese de ella.

Atque immunitate. Y los eximios de tributaria ,

CAPITULO X.

MARCHA DE ALEJANDRO A PERSIA: RETR

se con pérdida de su gente.

UXiorum deinde gentem subactam, Susianiam a
Satrapæ contribuit. Divisiisque cum Pasas. I
nione copiis , illum campestri itinere ener
cedere jubet , ipse cum expedito agmine p
montium cœpit, quorum perpetuum dorsum in vade
sidem excurrit. Omni hac regione vastata, nia ,
die Persidem , quinto angustias (qua illi Sus
Pylas vocant) intrat. Ariobarzanes has cum q
decim milibus peditum occupaverat rupes, abler m

& undique præruptas. In quarum cacumini-
natis extra teli jaëtum Barbari stabant, de industria
electri, & paventibus similes, donec in arctissi-
mas fauces penetraret agmen. Quod ubi contem-
nu si pergere vident, tum verò ingentis magni-
tudinis saxa per montium prona devolvunt: quæ
vix illa sepiùs subjacentibus petris, majore vi inci-
labant, nec singulos modò, sed agmina protere-
ant. Fundis quoque excusi lapides, & sagitte
fanagerebant undique. Nec id miserrimum fortibus
iris erat, sed quòd inulti, ferarum ritu, velut
fovea deprehensi, cedarentur. Ira igitur in ra-
giem versa, eminentia saxa complexi, ut ad hos
pervenirent, alias alium levantes conabantur
scendere. Ea ipsa multorum simul manibus cor-
upta, & convulsa, in eos, qui commoverant,
cidebant. Nec stare ergo, nec niti, nec testudi-
quidem protegi poterant, cùm tantæ molis
nera propellerent Barbari. Regem non dolor mo-
dò, sed etiam pudor temerè in illas angustias con-
cessi exercitus angebat. Invictus ante eam diem
RETUERAT, nihil frustrà ausus. Impunè Ciliciæ fauces
intraverat: mari quoque novum iter in Pamphy-
liam aperuerat. Tunc hæsitabat deprehensa felici-
tas. Nec aliud remedium erat, quàm reverti, quàm
generat. Itaque signo receptui dato, densatis ag-
ninibus, scutisque super capita consertis, retrò
vadere Rex ex angustiis jubet. Triginta fuere sta-
, que remensi sunt. 38

NOTAS.

Sus contribuit. Agregó, redujo à estar debajo de gobierno de
ab montium prona. Por el monte abajo.

Alius

Alius alium. Aiudandose unos à otros
Ea ipsa. Estas mismas piedras, de las que se mi-
asian, desgajandose, caian sobre los mis-
tas movian.

Deprehensa. Que parece habia tenido à su

CAPITULO XI.

LLAMA ALEJANDRO A LOS PRACTICOS,
aquellos lugares, y oie sus parecimientos

Tum castris undique aperto loco positi
consultare modò quid agendum esset
Vates quoque adhibere coepit à super Af-
ne animi. Sed quid tunc prædicere Aristarchum pe-
tum plurimū credebatur ex Vatibus, pustus
Itaque damnatis intempestivis sacrificiis, per se-
corum convocari jubet. Per Mediam iter ostendit
tutum, apertumque. Sed Rex dimittere militi
pultos erubescet, ita tradito more, ut vi
militi tam solemne esset munus, quam humili
os. Captivos ergo, quos nuper exceperat, vocat
bet. Inter quos erat quidam græc, perficere
guer peritus, qui frustra eum in Persidem
dorso exercitum ducere, affirmat, sylvestres esse. Evolvi
vix singulis pervios, omnia contegi frondibus. Quod
xosque arborum ramos sylvas committere. Na
Persis ab altero latere perpetuis montium jugi
ditur, quod in longitudinem MDC. stade
latitudinem CLXX. procurrit. Hoc dorsum

lo monte ad Rubrum mare pertinet. Quaque de-
as que it mons , aliud munimentum , fretum objectum
s misit. Planities deinde sub radicibus montium spatio-
a procumbit , fertilis terra , multisque vicos , at-
que urribus frequens. Araxes amnis per hos cam-
pos multorum aquas torrentium evolvit in Medium.


Medus à mari , & ad meridiem versus , minor am-
nis eo , quem recipit , evehitur : gignendęque her-
ex non aliis est aptior , quicquid alluit , floribus
vestiens. Platani quoque , & populi contingunt ri-
ACTIO pas , ita ut procul visentibus continuata videan-
ecen tur montibus nemora riparum. Quippe obumbra-
tus amnis , presso in solum dilabitur alveo , immi-
positus teneatque colles , ipsi quoque frondibus lenti , ra-
mū ellētices eorum humore subeunte. Regio non alia to-
super Asia salubrior habetur : temperatum cœlum ,
istanduc perpetuum jugum opacum , & umbrorum , quod
pultus levat , illinc mare adjunctum , quod modico
per se tempore terras foyet. 38

NOTAS.

humana superstitione animi. Por su mucha supersticion.
it,yo Implicitos. Y que las ramas enredadas entre si vienen
rficqu como à juntar los arboles.

Pertinet. Se estiende : llega.

Evolvit. Desemboca en el rio Medo.
Quod astus. Que mitiga los calores.



CAPITULO XII.

*DEJA LA MAIOR PARTE DE SU EGUM a
con Cratero, y ba Alejandro con poco a halcum
por otro camino.*

Sánchez

J. J. Sánchez

J. J. Sánchez

HIS expositis, captivus interrogatus ingredit
auditu ne, an oculis comperta habebat
diceret, pastorem se fuisse, & omnes
percurrisse respondit, bis capium, semel à
Lycia, iterum ab ipso. Subit animum memori
gis Oraculo editæ sortis. Quippe consulens Ab ip
ponsum erat, ducem in Persidem ferentem
cium civem fore. Igitur promissis, quanta
sens necessitas exigebat, & ipsius fortuna
bat, oneratum, armari jubet Macedonum mo
quid bene verteret, monstraret iter, quamvis ar
etinam
& præcepit, evasurum se esse cum parcit: n
crederet, quò ipse pecoris causa issit, Alexan
pro gloria, & perpetua laude ire non posse. E
aque etiam docere captivus, quam difficult
esset, maximè armatis. Tum Rex, Prædem
quit, accipe, neminem eorum, qui sequuntur, recus
ire, qui duces. Cratero igitur ad custodiam
rum relisto, cum peditibus, queis assidue *ASPER*
iis copiis, quas Meleager ducebat, & sag
ducentis, & equitibus mille præcepit, ut
rum specie manente, plures de industria
fieri imperaret, quò magis Barbari crederet
sum Regem in castris esse. Cæterum, si ter ca
rioobarzanes cognovisset, per callum anfiterat

am intrare , & ad occupandum iter suum partem
opiarum tentasset opponere ; Craterus eum illato
errore retineret , ad proprius periculum conversu-
EGum agmen : sin autem ipse hostem fefellisset , &
alatum occupasset , cum trepidantium Barbarorum
rumultum exaudisset persequentium Regem , id ip-
sum iter , quo pridie pulsi fuerant , ne dubitaret
tus ingredi , quippe vacuum fore , hostibus in semet
abendaveris . *33*

NOTAS.

Ab ipso. Por Alejandro.

**Quod bene verteret. Así fuera en buen hora , que
saliese bien.**

**Prudem me accipe. Yo salgo por fiador : por mi
cuenta , cuando.**

Retineret. Le divirtiese

ridie. Dias artes : poco antes.

semet. Contra Alejandro.

CAPITULO XIII.

**ASPEREZA DEL CAMINO , Y DIFICULTADES ,
por las que rompió Alejandro.**

Ipsa tertia vigilia , silenti agmine , ac ne tuba
quidem dato signo , pergit ad demonstratum
callitum . Tridui alimenta portare militem jus-
serat leviter armatum . Sed preter invias rupes , ac
præ

prærupta saxe, vestigium subinde fallentis simulata vento ingredientes fatigabat. Quin ventil in foveas delati hauriebantur; &, cùm addebatonibus levarentur, trahebant magis ad quām assequebantur. Nox quoque, & ignac dux, incertum, an satis fidus, multimetum: Si custodes fecellissent, quasi feras ipse. A fos posse deprehendi. Ex unius captivi vel haurie anima, pendere & Regis salutem, & suadim dem venere in jugum. A dextera iteri cust Ariobarzanem erat. Hic Philotam, & Cœtum guia Amynta, & Polyperconte, expeditam habent fidnum, reliquits monitos, ut, quia eques per permistus, & quām pinguissimum esset solum terrapbuli fertile, sensim procederent. Duces erant tentine ris de captivis dati. Ipse cum armigeris, jaban quam Agemæ appellant, ardua semita, sed à stationibus hostium remota, multa cum tione processit. Medius erat dies, & fatigcessaria quies. Quippe tantundem itineris sup quantum emensi erant, sed minus præcipitus ardui. Itaque refectis cibo, somnoque mil secunda vigilia surgit. Et cetera quidem hanc præteriit: ceterum, quā se jugum montium latim ad planiora demittit, ingens vorago su cavata torrentium, iter ruperat. Ad hērum rami aliis alio implicati, & coeunt, petuam objecerant sepem. Desperatio igitur adeò, ut vix lacrymis abstinerent, incessanter cipue obscuritas terrori erat. Nam etiam fides, cēdera internitebant, continentī fronde teste rimati à res conspicere prohibebant. Ne aurium quā

supererat , sylvas quatiente vento , quæ con-
trentibus ramis majorem , quām pro flatu , sonum
ddebant . 39

NOTAS.

se. Alejandro ,
vel auriebantur. Se hundian en la nieve .

sum levarentur. Aiudandoles à salir .

custodes. Si hubiera engañado , y escapadose el
guia de las guardias , y centinelas .

el fide , vel anima . O de la fidelidad , ò de la vida .

perpetuam . Un vallado como continuo , y sin in-
terrupcion .

continenti . Cubiertos de mucha boja , y que no de-
jaban claro alguno .

CAPITULO XIV.

ESE CERCADO EL ENEMIGO POR TODAS
partes : pelean valerosamente : rompe Ariobarza-
nes por medio del enemigo , y despues
es muerto .

FAndem expectata lux omnia , quæ terribilio-
ra nox fecerat , minuit . Circumiri brevi spa-
tio poterat eluvies ; & sibi quisque dux iti-
m si coperat fieri . Eavadunt ergo in editum verti-
em , ex quo hostium statione conspecta , strenue
nq rimati à tergo se offendunt nihil tale metuentibus:
quo-

quorum pauci, qui congregari ausi erant, casum
 Itaque hinc morientium gemitus, hinc ad suos
 currentium miserabilis facies, integros quo
 antequam discriminem experirentur, in fugam a
 tit. Fremitu deinde in castra, queis Craterus p
 erat, illato, ad occupandas angustias, in quibus
 pridie hesitarat, miles educitur. Simul & Philo
 cum Polyperconte, Amyntaque, & Coeno dire
 sum iter ingredi iussus, alium terrorem indu
 Barbaris. Ergo undique Macedonum armis fulg
 tibus, ancipi malo oppressi, memorabile tam
 prelium edunt. Ut opinor, ignaviam quoque
 celsitas acuit, & scepè desperatio spei causa
 Nudi complectebantur armatos, & inge
 corporum mole secum ad terram detrahentes
 ipsorum telis plerosque fodiebant. Ariobarzoi
 tamen quadriginta fermè equitibus, & quin
 millibus peditum stipatus per mediam aciem Ma
 cedonum cum multo suorum, atque hostium sa
 guine erupit, Persepolim urbem caput regionis o
 cupare festinans. Sed à custodibus urbis exclusi
 consecutis strenue hostibus, cum omnibus fugaz
 mitibus, renovato prelio cecidit. Craterus q
 ue raptim agmine acto supervenit.

NOTAS.

*Pluvies. Lo mismo que vorago: unos como fosos, otros
 tanos, que abren las aguas.*

*Et sibi quisque. Y cada cual iba por donde le
 recia mejor.*

*Integros. A los que aun no habian llegado a las manos.
 Hesitarat. No habia podido pasar adelante.*

Ancipi. Apretados por todas partes.

Nudi. Desarmados.

Consecutis. Dando prontamente alcance à los enemigos.

CAPITULO XV.

PASA PRONTAMENTE ALEJANDRO A
Persepolis.

REX eodem in loco, quo hostium copias funderat, castra communit. Quamquam enim undique fugati hostes victoriam concesserant, tamen prealtę, precipitesque fossę, pluribus locis objectę, abruperant iter. Sensimque, & cautè progrediendum erat, jam non hostium, sed locorum fraude suspecta. Procedenti ei litterę redduntur à Tyridate custode Regię pecunię, indicantes, eos, qui in urbe essent, auditō ejus adventu, diripere velle thesauros: properaret occupare; expeditum iter esse, quamquam Araxes amnis interfluat. Nullam virtutem Regis istius magis, quam celeritatem laudaverim. Relictis enim pedestribus cōpiis, tota nocte cum equitibus itineris tanto spatio fatigatis ad Araxem prima luce pervenit. Vicerant in propinquo, quibus direptis, ac dirutis pontem ex materia eorum, subditis saxis, strenue induxit.

NOTAS.

Pluribus. Que se hallaban à cada passo.

Sed locorum. Sino por lo mucho, que engañaba el ca-

mino, y peligro de pisar en vago, o resbalar.

Ei. A Alejandro.

CAPITULO XVI.

EXPECTACULO TRISTE DE CASI CUATRO MIL

*Griegos inhumanamente tratados por
los Persas.*

JAmque haud procul urbe erant, cùm miseri-
bile agmen, inter pauca fortunæ exempla-
morandum, regi occurrit. Captivi erant Græ-
ci ad quatuor millia ferè, quos Persæ vario supple-
ciorum modo affecerant. Alios pedibus, quosdam
manibus, auribusque amputatis, inustisque barbaræ
rum litterarum notis, in longum sui ludibrium rela-
vaverant; & cùm se quoque alienæ ditionis esse cer-
nerent, volentes Regi occurrere non prohibuerant.
Inusitata simulacra, non homines videbantur; nec
quidquam in illis præter vocem poterat agnosciri.
Plures igitur lacrymas commovere, quam profu-
derant ipsi. Quippe in tam multiplici, variaque fo-
tuna singulorum, intuentibus similes quidem, sed
tamen dispares poenæ, quis maximè miserabilis es-
set, liquere non poterat: omnes pari suppicio af-
fecti sibi videbantur. Ut verò Jovem illi tandem
Græciæ ultorem aperuisse oculos conclamaverunt.
Rex abstersis, quas profuderat, lacrymis, bonum
habere animum jubet, visuros urbes suas, conju-
gesque. Et castra inde duo ab urbe stadia communau-

NOTAS.

Inustisque. E impresos en sus rostros algunos char-
ters barbaros con hierro ardiendo, è rufiente.

Sé quoqué. Los Persas, que estaban sujetos ya al imperio extraño de los Macedonios.

Ut verò. Pero luego que los Griegos dijeron à una, que ya al cabo Júpiter, vengador de la Grecia, había abierto los ojos, y buelto por ellos, todos los Macedonios.

CAPITULO XVII.

DELIBERAN ENTRE SI LOS GRIEGOS SÓBRE
bolverse à la Grecia, ó quedarse en la Asia: parecer
de Euthymon Cymeo.

Grci excesserant vallo, deliberaturi, quid
potissimum à Rege peterent. Cùmque aliis
sedes in Asia rogare, aliis reverti domos pla-
ceret; Euthymon Cymeus ita locutus ad eos fer-
tur: *Nos qui modò ad opem petendam ex tenebris, &*
*carcere procedere erubuimus, ut nunc est, supplicia
nostra (quorum nos pudeat magis, an pœniteat, incer-
tum est) ostentare Græciæ velut lœtum spectaculum ce-
dimus? At ii optimè miseras ferunt, qui abscondunt.
Nec ulla est tam familiaris infelicibus patria, quam
solitudo, & status prioris oblivio. Nam, qui multum
in suorum misericordia ponunt, ignorant, quam ce-
leriter lacrymæ inarescant. Nemo fideliter diligit, quem
fastidit. Nam & calamitas querula est, & superba fe-
licitas. Ita suam quisque fortunam in constio habet,
cum de aliena deliberat. Et nisi mutuo essemus mise-
ri, olim alius alii potuissimus esse fastidio. Quid mi-
tuna est, fortunatos semper parem querere? Obsecro*

vos, olim vita defuncti, quæramus locum, in quo
semesa membra obruamus, ubi horribiles cicatrices
exilium. Ingrati prorsus conjugibus, quas juvenes dan-
vnus, revertemur. Liberi in flore & ætatis, & rerum, si
grees agnoscens ergastuli detrimenta? Et quota pars nra
tor obire terras potest? Procul Europâ, in ultima Ori-
nis relegati senes, debiles, majore membrorum pa-
mutilati, tolerabimus scilicet, quæ armatos, &
etores fatigaverunt? Conjuges deinde, quas captijs
& necessitas unicum solatum applicuit, parvos que-
beros, trahimus nobiscum, an relinquimus? Cum
venientes nemo agnoscere volet. Relinquemus ergo ex tes-
plò præsentia pignora, cùm incertum sit, an visuri
mus ea, quæ petimus? Inter hos latendum est, qui
miseros nosse cœperunt. Hæc Euthymon.

NOTAS.

Vallo. De los reales, ó vallado, en que estaba Alejandro. Multum ponunt. Se prometen, y fian mucho. Suam quisque. Todos tienen presente su felicidad, cuando juzgan de la agena: gobiernan se por la suya, para hacer concepto de la de los otros. Alius alii. Unos á otros.

Olim vita defuncti. Tenidos ya há tiempo por muertos en quanto á los miembros, y partes del cuerpo, que les faltaban.

Liberi. Nuestros hijos, y hermanos nuestros, que en la flor de su edad, y con conveniencias, recerán por Padres, y hermanos suyos á nosotros mismos, peados, y consumidos con tan dura prisón, y castigo. **Pignora.** Mugeres, è hijos.

CAPITULO XVIII.

PARECER CONTRARIO DE THEETETO : PIDEN,
y alcanzan quedarse en el Asia.

CONTRA Theætetus Atheniensis orsus est dicere:
Neminem pium habitu corporis suos æstimatum-
rum, utique sævitia hostis non natura calamiti-
fatos. Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortui-
ta. Tristem enim de mortalitate ferre sententiam, Θ
desperare misericordiam, quia ipse alteri denegaturus
est. Deos (quod ipsi nunquam ausi optare forent) offer-
re patriam, conjuges, liberos, Θ quidquid homines
vel vita æstimant, vel morte redimunt. Quin illi ex
hoc carcere erumperent. Alium domi esse cœli haustum,
alium lucis aspectum. Mores, sacra, lingue commer-
cium etiam à Barbaris expeti, quæ ingenita ipsi omis-
suri sint sua sponte, non ob aliud tam calamitosi, quam
quod illis carere coacti essent. Se certè redditurum ad
Penates, Θ in patriam, tantoque beneficio Regis usua-
tum. Si quos contubernii, liberorumque, quos servi-
tus cogisset agnoscere, amor detineret, relinquenter,
quibus nil patria charius est. Pauci hujus sententiae
fuere: cæteros consuetudo naturâ potentior, vicit.
Consenserunt: Petendum esse à Rege, ut aliquam
ipsis attribueret sedem. Centum ad hoc lecti sunt.
Quos Alexander ratus, quod ipse præstare cogi-
tabat, petituros: Jumenta, inquit, assignari, quæ
poti veherent, Θ singulis uestrum mille denariūm da-
ri jussi. Cum redieritis in Græciam, præstabo, ne
quis statum suum, si hæc calamitas absit, uestro cre-
deret esse meliorem. Illi, obortis lacrymis, terrara-

intuebantur, nec aut erigere vultus, aut loqui a
debant. Tandem Rege tristitiae causam exigent
Euthymon similia iis, quæ in consilio dixerat, re
pondit. Atque ille, non fortunæ solùm eorum
sed etiam pœnitentia misertus, terna milia den
riuum singulis dari jussit. Denæ vestes adjectæ sum
ptuæ armenta cum pecoribus, ac frumento data,
coli, serique attributus iis ager posset.

NOTAS.

Dignum esse. No hay plaga, que no merezca el que
averguenza de las desgracias de la fortuna.

Tristem enim. Quiere decir: que los que son duros
perdonar á otros, y en compadecerse de ellos, se perfa
den á que todos barán lo mismo, y serán inexorables.
Et quid. Y la libertad, la cual estiman los hombr
es como á su vida, y se esponen á la muerte por co
seguirla, y alcanzarla.

Cœli haustum. El clima, aires naturales, vivir
la patria.

Relinquerent. No estorvasen el viage á los que nad
amaban mas que su patria.

Si hæc calamitas. Fuera de la calamidad, que
deceis: á excepcion del estado, en que os han pu
to los Persas.

CAPITULO XIX.

ES COGIDA PERSEPOLIS: SUS MUCHAS RIQU
ZAS: mortandad en los enemigos.

Posterio die convocatos Duces copiarum docen
tium nullam infestiorem urbem Græcis esse, quam R

giam veterum Persidis Regum. Hinc illa immensa agmina infusa: hic Darium prius, deinde Xerxem, Europæ impium intulisse bellum. Excidio illius parentandum esse majoritus. Jamque Barbari, deserito oppido, quæ quemque metus agebat, disfugant; cum Rex phalangem, nil cunctatus, induit. Multas urbes refertas opulentia Regia partim expugnaverat, partim in fidem acceperat: sed urbis hujus divitiæ vicere præterita. In hanc totius Persidis opes congererant Barbari. Aurum, argentumque cumulatum erat, vestis ingens modus: supplex non ad usum modò, sed ad ostentationem luxus comparata. Itaque inter ipsos viatores ferro dimicabatur. Pro hoste erat, qui pretiosiorem occupaverat prædam. Et, cum omnia, quæ reperiabantur, capere non possent (nam res non occupabantur, sed æstimantur) lacerabant Regias vestes, ad se quisque partem trahentes, dolabris pretiosa artis vasa cædebant. Nihil neque intactum erat, nec integrum ferebatur. Abrupta simulacra membra, ut quisque avellerat, trahebat. Neque avaritia solum, sed etiam crudelitas in capta urbe grassata est. Auro, argentoque onusti vilia captivorum corpora trucidabant. Passimque obvii cædebantur, quos anteà pretium sui miserabiles fecerat. Multi ergo hostium manus voluntaria morte occupaverunt, pretiosissima vestium induti, è muris semetiplos cum conjugibus, ac liberis in præceps jactantes. Quidam ignes, quod paulò post facturus hostis videbatur, subjecerant ædibus, ut cum suis vivi cremarentur. Tandem suis Rex, corporibus, & cultu foeminarum abstinere, iufsit. In-

gens pecunię captivę modus traditur , prop̄ serva
fidem excedat. Ceterū aut de aliis quoque dubius Mag
mus ; aut credimus in hujus urbis gazā fuisse ce-
līsticū & viginti millia talenta. Ad quæ vehenda(nam cum
que ad usus belli secum portare decreverat) iuncter
menta , & camelos à Sufis , & Babylone contrarium
hi iuisit. Accessere ad hanc pecuniæ sumam co-toler
tis Pasargadis sex millia talentorum. Cyrus Pām quò
gadum urbem considerat , quam Alexandro Pro-
tectus ejus Globares tradidit.

NOTAS.

Excidio illius. Arruinando , y echando por tierra
Persepolis.

Res non. No cogian lo primero , que encontraban
sino lo mejor , y mas selecto.

Ad se quisque. Tirando cada cual por su lado.

Quos pretium. A los que su rescate , ó el precio, q desq
esperaban de su rescate , habia hecho antes digno
de que con ellos se usase de misericordia.

Suis. A sus Soldados con el verbo jubeo es mas frequente el acusativo , que no el dativo.

Pecuniæ captivæ. Del dinero cogido al enemigo.

CAPITULO XX.

TENETRA CON POC A GENTE HASTA LU
Mardos : buelve à Persepolis , y juntase con
la demas tropa.

REX arcem Persepolis , tribus millibus Mac-
donum præsidio relictis , Nicarthiden tue-
ri jubet. Tyridati quoque , qui gazam tradiderat

pēr servatus est honos , quem apud Darium habuerat
 ubi Magnaque exercitus parte , & impedimentis ibi re-
 ceptis , Parmenionem , Craterumque præfecit. Ipse
 cum mille equitibus , peditumque expedita manu,
 ju interiorem Persidis regionem sub ipsum Vergilia-
 rum fidus petit ; multisque imbris , & prope in-
 tolerabili tempestate vexatus , procedere tamen ,
 quō intenderat , perseveravit. Ventum erat ad iter
 perpetuis obsitum nivibus , quas frigoris vis gelu-
 astrinxerat. Locorum squalor , & solitudines in-
 viæ fatigatum militem terrebant , humanarum re-
 sum terminos se videre credentem. Omnia vasta ,
 atque sine ullo humani cultus vestigio , attoniti
 intuebantur : & , antequam lux quoque , & coelum
 iplos deficerent , reverti jubebant. Rex castigare
 territos supersedit. Cæterū ipse equo desiliit , pe-
 desque per nivem , & concretam glaciem ingredi-
 cœpit. Erubuerunt non sequi primū amici , dein-
 de copiarum Duces , ad ultimum milites. Primusque
 equus Rex dolabrā glaciem perfringens , iter sibi fecit.
 Exemplum Regis cæteri imitati sunt. Tandem pro-
 pmodū invias sylvas emensi , humani cultus rara
 vestigia , & passim errantes pecorum greges repe-
 rere , & incolæ , qui sparsis tuguriis habitabant , cùm
 se callibus inviis septos esse credidissent , ut conspe-
 xere hostium agmen , imperfectis , qui fugientes se-
 qui non poterant , devios montes , & obsitos nivi-
 bus petiverunt. Inde per colloquia captivorum
 paulatim feritate mitigata , tradidere se Regi. Nec
 in deditos gravius consultum. Vastatis deinde agris
 Persidis , vicisque compluribus redactis in potesta-
 tem , ventum est in Mardorum gentem bellicofissi-
 mam

mam, & multum à cæteris Persis cultu vitem abh
rentem. Specus in montibus fodiunt, in quos
ac conjuges, & liberos condunt: pecorum,
ferarum carne vescuntur. Ne foeminis quidem
naturæ habitu molliora ingenia sunt. Comæ
minent hirtæ, vestis super genua est, funda
ciunt frontem: hoc & ornamentum capit is, &
lum est. Sed hanc quoque gentem idem fortu
impetus domuit. Itaque trigesimo die, posteaqu
à Persepoli profectus erat, eodem rediit. Do
deinde amicis, cæterisque pro cuiusque merito
dit. Propemodum omnia, quæ in ea urbe cooper
distributa.

48

NOTAS.

Sub ipsum. Al ponerse las Pleiades: al entrar el
bierno.

Humani cultus. De agricultura, y poblaciones.
Abhorrentem. Mui diferente de los demás Persas
el modo de vivir.

Pro naturæ habitu. Como de suyo lo lleva el
Et telum. Sirveles de adorno, y tambien de armas
para su defensa.

Pro cuiusque. Segun los meritos de cada uno.

CAPITULO XXI

PRIVADO EL REI POR EL VINO PONE FUEGO
à Persepolis: ya tarde se arrepiente
de lo hecho.

Cæterum ingentia animi bona, illam indolem
qua omnes Reges antecessit, illam in subeundis quo
dis periculis constantiam, in rebus moliendis, et sem

ab*hi* fciendisque velocitatem, in deditos fidem, in Cap-
10*tos* tivos clementiam, in voluptatibus permisssis quo-
1*que*, & usitatis temperantiam, haud tolerabili vi-
em*n*ni cupiditate foedavit. Hoste, & æmulo Regni re-
e*p*arante tum cum maximè bellum, nuper subactis,
la*v* quos vicerat, novumque Imperium aspernantibus,
&*t* de die inibat convivia. Quibus foeminæ intererant,
Orto*n* non quidem, quas violare nefas esset. Quippe pel-
a*qu* lices licentiūs, quām decebat, cum armato vive-
Do*re* re assuetæ. Ex his una Thais, & ipsa temulenta:
ito*e* Maximam apud omnes Græcos initurum gratiam affir-
e*mat*, si Regiam Persarum jussisset incendi, expectare
hoc eos, quorum urbes Barbæ delessent. Ebrio scor-
to de tanta re ferente sententiam unus, & alter, &
el*i* ipsi mero onerati, assentiuntur. Rex quoque fuit avi-
dior, quām patientior: *Quoniam igitur ulciscimur Græ-*
1*s* *iam, & urbi faces subdimus?* Omnes incaluerant
mero. Itaque surgunt temulenti ad incendendam
urbem, cui armati pepercérant. Primus Rex ignem
el*/* Regiæ injecit: tum convivæ, & ministri, pellices-
AT*que*. Multa cedro ædificata erat Regia, quæ cele-
titer igne concepto latè fudit incendium. Quod
ubi exercitus, qui haud procul ab urbe tendebat,
conspexit, fortuitum ratus, ad opem ferendam
concurrit. Sed ut ad vestibulum Regiæ ventum est,
vident Regem ipsum adhuc aggerentem faces. Omis-
fa*sa* igitur, quam portaverant, aqua, aridam ma-
teriam in incendium jacere cœperunt. Hunc exi-
tum habuit Regia totius Orientis, unde tot gentes
ole*m* antè jura petebant, patria tot Regum, unicus
re*u* quondam Græciæ terror, molita mille navium clas-
s*s*, & exercitus, quibus Europa inundata est,

contabulato mari molibus, perfossisque montibus
in quorum specus fretum in amissum est. Ac ne lo-
ga quidem ætate, quæ excidium ejus secuta est
resurrexit. Alias urbes habuere Macedonum Rege
quas nunc habent Parthi: hujus vestigium non in-
veniretur, nisi Araxes amnis ostenderet. Haud pro-
cul moenibus fluxerat. Inde urbem fuisse XX. mil-
liæ distantem, credunt magis, quam sciunt acce-
pta. Pudebat Macedones tam præclaram urbem
comessabundo Rege deletam. Itaque res in seru-
versa est, & imperaverunt sibi, ut crederent, in
potissimum modo fuisse delendam. Ipsum, ut pa-
rùm gravatam ebrietate mentem quies reddide-
re poenituisse constat, & dixisse: *Majores pœnas Pa-
cas Græcis datus fuisse, si ipsum in folio, Regis
Xerxis conspicere coacti essent.* Postero die Lycio, in
neris, quo Persidem intraverat, duci, tringitatu-
lenta dono dedit.

NOTAS.

Tum cum maximè. Entonces mas que nunca.
Multæ cedro. Con mucho, o gran porcion de Cedro
Aggerentem faces. Que encendia el fuego, y echaba
mas, y mas teas.

Jura petebant. Recibian leies.

Mille navium. Que pudo poner una armada de mil na-
ves: las de Jerges contra los Griegos pasaron de 1200
y eran otras tantas las de transporte.

Contabulato mari. Hecho en el mar un puente
maderas, y naves,

Perfossis. El mismo Jerges abrio camino al mar por
el monte Atho de la Macedonia basta 1500 pasos.

Resurrexit. Se restauró: reparó su ruina.

Imp
ter
Duc

ENT

H

mille
copi
Ecba
dunc
est.

ne c

iterc

MD

tate

mag

pedi

qua

vict

nus

mil

etri

nis

dec

pe

Imperaverunt. Quisieron persuadirse à si mismos, y tener por cierto.

Duci. Guia.

CAPITULO XXII.

*ENTRA ALEJANDRO EN LA MEDIA : APA-
rejae Dario à la batalla : diseño de
sus tropas.*

Hinc in Regionem Mediæ transit, ubi supple-
mentum novorum militum è Cilicia occur-
rit. Peditum erant quinque millia, equites
mille. Utrisque Plato Atheniensis præerat. His
copiis auctus, Darium persequi statuit. Ille jam
Ecbatana pervenerat, caput Mediæ. Urbem hanc
nunc tenet Parthi: eaque æstiva Regibus sedes
est. Adire deinde Bactra decreverat. Sed veritus,
ne celeritate Alexandri occuparetur, consilium,
iterque mutavit. Aberat ab eo Alexander stadia
MD. Sed jam nullum intervallum adversus celeri-
tatem ejus satis longum videbatur. Itaque prælio
magis, quam fugæ se præparabat. Triginta millia
peditum sequebantur, in quibus Græcorum erant
quatuor millia, fide erga Regem ad ultimum in-
victa. Funditorum quoque, & Sagittariorum ma-
nus quatuor millia expleverat. Præter hos tria
millia, & trecentos equites erant, maximè Ba-
ctrianorum. His Bessus præerat, Bactrianæ regio-
nis Præfactus. Cum hoc agmine Darius paulùm
declinavit via militari, iussis præcedere lixis im-
pedimentorum custodibus.

NO

NOTAS.

Supplementum. Reclutas.

Eaque Y era el lugar adonde iban los Reies, para
pasar el verano.

Via militari. Del camino Real.

CAPITULO XXIII.

**ORACION DE DARIO PARA ANIMAR A SUS
Capitanes, y Soldados.**

Concilio deinde advocato: Si me cum ignava
inquit: O pluris qualemcumque vitam hono-
morte estimantibus fortuna junxit; tamen
potius, quam frustra verba consumerem. Sed magis
quam vellem, documento O virtutem vestram, O filii
expertus, magis etiam connisi debeo, ut dignus talium
amicis sim, quam dubitare, an vestri similes abbo-
sistis. Ex tot millibus, que sub Imperio fuerunt
bis me vittum, bis fugientem persecuti estis. Fides
tra, O constantia, ut Regem me esse credam, facti
Proditores, O transfugae in turbibus meis regnant,
herculè, quia tanto honore digni habentur, sed
præmiis eorum vestri solicitentur animi. Meam tam
fortunam, quam victoris, maluistis sequi; dignissima
quibus, si ego non possim, Dii pro me gratiam refe-
rant: O me hercule referent. Nulla erit tam surda
posteritas, nulla tam ingrata fama, que non in Cal-
lum vos debitum laudibus ferat. Itaque, etiam si ca-
filium fugæ, à qua multum abhorret animus, agita-
sem; vestra tamen virtute fretus, obviam issem beatis
Quoniam
fugias
expertus
bonista
fectores
marci
callit
vint
quam
initian
ibic
imo è
perba
m to
rabil
eritò
illa D
elle me
tentis
oi vi
uit, p
trop
stra,
estra,
ustan
ini,
pum,
fortunam
Nestri
eretur
te
adven
nedi
Quoniam

Quoniamque enim in Regio exulabo, et per fines Imperii fugiam externum, et advenam Regem, cum liceat experio belli fortunam aut reparare, quae amisi, aut honesta morte defungi? Nisi forte satius est expectare iustorum arbitrium, et Mazaei, et Mechrenis exemplo, vicarium accipere Regnum nationis unius, ut jam nullit ille gloriae suae, quam irae obsequi. Nec Dii sicut sint, ut hoc decus mei capitis aut demere mibi quisquam, aut condonare possit. Nec hoc Imperium vivus emitiam: idemque erit Regni mei, qui et spiritus finis.

A S sic animus, si hæc lex, nulli non parta libertas est: nemo è vobis fastidium Macedonum, nemo vulnus ignorans, verbum ferre cogetur. Sua cuique dextra, aut ultiori tot malorum pariet, aut finem. Evidem, quam rurabilis fortuna sit, documentum ipse sum. Nec immajorum mitiores vices ejus expecto. Sed, si justa, ac piæ fidei Dii aversantur; fortibus tamen viris licebit honeste mori. Per ego vos decora majorum, qui totius regni Regna cum memorabili laude tenuerunt, per viros, quibus stipendium Macedonia quondam per tot navium classes in Græciam missas, per tropæa Regum, oro, et obtestor, ut nobilitate extra, gentisque dignos spiritus capiatis, ut eadem instantia animorum qua præterita tolerastis, experiamini, quidquid deinde fors tulerit. Me certè in perpetuum aut Victoria egregia nobilitabit, aut pugna.

NOTAS.

in Cœlesti similes. Tan fieles, y constantes como antes. G. en triecuri estis. Me acompañasteis. advenam Regem. A Alejandro Rei estrano, y advenedizo.

Cum liceat. Cuando aun puedo, experimentados
cesos, y acasos de la guerra.

Hoc decus. La corona real.

Aut condonare. O bacerme gracia en darmela.

Si hic animus. Si todos teneis este animo, si
esta resolucion, daos todos por libres de la tiran
ia de los Macedonios.

Documentum. De mi podeis aprender quan vari
es la fortuna.

CAPITULO XXIV.

CAEN DE ANIMO CON LAS PALABRAS

Dario sus Capitanes: fidelidad de Artabazus
conjuracion de Nabarzanes, y Besso.

HÆC dicente Dario præsentis periculi spe
cum omnium simul corda, animo que homi
perstrinxerat. Nec aut consilium suppetet
aut vox, cum Artabazus vetustissimus amico
quem hospitem fuisse Philippi sæpè diximus,
verò, inquit, pretiosissimam vestem induit, am
que, quanto maximo cultu possumus adornari,
gem in aciem sequemur, ea quidem mente, ut
riam speremus, mortem non recusemus. Assentiu
pere ceteri hanc vocem. Sed Nabarzanes, qui
eodem consilio erat cum Besso, inauditi ante
cinoris societate inita, Regem suum per mil
quibus ambo prærerant, comprehendere, &
cire decreverant, ea mente, ut, si Alexander
los infecetus foret, tradito Rege vivo inirent
tiam victoris, magni profectò coepisse Datiu

Ea p

maturi: sin autem eum effugere potuissent, interficto Dariò, Regnum sibi occuparent, bellumque renovarent. Hoc parricidium cùm diu volutassent, Nabarzanes aditum nefarię spei præparans: Scio me, inquit, sententiam esse dicturum prima specie baudquam auribus tuis gratam. Sed Medici quoque graviores morbos asperis remediis curant: Gubernator, ubi naufragium timet, jacturā, quidquid servari potest, redimit. Ego tamen non ut damnum quidem facias, suadeo, sed ut te, ac Regnum tuum salubri ratione conserves. Diis adversis bellum iniunximus; & pertinax fortuna Persas urgere non definit. Novis initijs, & omnibus opus est. Auspicium, & Imperium alii trade interim, qui tandem Rex appellatur, donec Asiam decedat hostis, victor deinde Regnum tibi reddat. Hoc autem brevi futurum, ratio promittit. Bactra intacta sunt. Indi, & Sagae in tua potestate. Tot populi, tot exercitus, tot equitum, peditumque millia ad renovandum bellum vires paratos habent, ut major belli molles superstis, quam exhausta. Quid ruinus belluarum ritu in perniciem non necessariam? Fortium virorum est, magis mortem conseruare, quam odisse vitam. Sæpè tædio laboris ad uitatem sui compelluntur ignavi: at virtus nihil inexpertum omittit. Itaque ultimum omnium mors est, ad quam non pigre ire satis est. Proinde, si Bactra, quod tuisimum receptaculum est, perimus; Præfectum regonis ejus Bessum, Regem temporis gratiâ statuamus. Compositis rebus, justo Regi tibi fiduciarium restitueret Imperium. 46

NOTAS.

Ea mente. Con este animo, con esta intencion.

Novis initiiis. *Hai por abora necessidad de un nre nitus
Rei. Alude à las ceremonias, de que usaban lo le
la consagracion de sus Reies.*

Ad vilitatem sui. *A despreciar su vida.*

Temporis gratia. *Por tiempo determinado, señala corui
Justo Regi. A ti Dario Rei verdadero, y legitim*

parat

secess

Persa

lentia

CAPITULO XXV.

*PROCURAN LOS CONJURADOS GANAR
sí a los Persas : providencias de Artabazo, y Pa-
tron : fidelidad de los Persas,
y Griegos.*

HAUD mirum est, Darium non temperasse amari, tamquam, tam impie voci quantu-
mo: quamquam, nefas subesset, latebat. Itaque, Pessimum peret
inquit, mancipium reperiisti optatum tibi tempus, parricidium aperires? Strictoque acinace interfec-
rus videbatur, ni properè Bessus, Bactrianus Quan-
tristium specie, ceterum si perseveraret vindicta, Tristi-
circunstetissent. Nabatzenes, interim elapsus, na- Tem-
& Bessus consecutus, copias, quibus praeerant, Grav-
cætero exercitu sededere jubent, secretum in Perse-
confilium. Artabazus convenientem præsentifori Nec
næ sententiam orsus, mitigare Darium, tempore Addi-
rum, identidem admonens, coepit. Ferretur leé-
animo qualiumcumque, suorum tamen, vel stultitia-
vel errorem. Instare Alexandrum gravem, etiam DET
omnes præstò essent. Quid futurum, si persecuti fog-
ipsius, alienentur à Rege? Ægrè paruit Artabazo, E-
quamquam movere castra statuerat, turbatis tam
omnium animis, eodem in loco substitit. Sed artu-

nitus mœstitia simul , & desperatione , tabernacula
 lo se inclusit. Ergo in castris , quæ nullius reges-
 bantur imperio , varii animorum motus erant. Nec
 in commune , ut anteà , consulebatur. Dux Græ-
 corum militum Patron arma capere suos jubet ,
 paratosque esse ad exequendum imperium. Persæ-
 lecesserant Bessus cum Bætrianis erat , tentabatque
 Persas adducere ; Bætra , & intactæ regonis opu-
 lentiā , simulque , quæ manentibus instarent , pe-
 ricula ostentans. Persarum omnium eadem fe-
 rere fuit vox : *Nefas esse d'seri Regem.* Inter
 hæc Artabazus omnibus imperatoriis fungebatur
 officiis. Ille Persarum tabernacula circumire , hor-
 assestari , monere nunc singulos , nunc universos : non
 quantrante destitit , quām satis constaret imperata factu-
 ssimros. Idem ęgrè à Dario impetravit , ut cibum ca-
 peret , animumque Regis. 36

NOTAS.

ianique Quantum nefas. Quanta malicia tenia.

zindia Tristum specie. Tristes en la apariencia.

s , no Temporum. Del estado presente.

rant, Gravem. Poderoso , temible.

inini Perfecuti. Los que le acompañaron en su fuga.

tifom Nec in commune. Ni de comun acuerdo , en comun

tempo Adducere. Traer ácia sí : bacer de su partido. Otros

ret up leén abducere : apartar de Dario.

CAPITULO XXVI.

DETERMINACION DE LOS CONFURADOS:

figen arrepentirse : perdonales Dario:

AT Bessus , & Nabarzanes , olim agitatum scel-
 lus exequi statuunt , regni cupiditate accen-

si. Dario autem incolumi tantas opes sperare no
 poterant. Quippe in illis gentibus Regum eximi
 majestas est. Ad nomen quoque Barbari conveniunt
 & pristinę veneratio fortunę sequitur adversum
 Inflabat impios animos regio , cui pręerant , armis
 virisque , & spatio locorum nulli earum gentium
 secunda. Tertiam partem Asiae tenet. Multitudo
 juniorum exercitus, quos amisserat Darius , equi
 bat. Itaque non illum modò , sed etiam Alexan
 drum spernebant , inde vires Imperii repetituri
 regionis potiri contigisset. Diu omnibus cogitatur
 placuit, per milites Bactrianos ad omne obsequium
 destinatos, Regem comprehendere, mittique
 tum ad Alexandrum , qui indicaret vivum asse
 vari eum. Si id , quod timebant , proditionem
 pernatus esset , occisi Darii , & Bactra cum grandi
 suarum gentium manu petituri. Cæterum propalam perab
 comprehendendi Darius non poterat , tot Persarum
 millibus laturis opem Regi. Græcorum quoque
 des timebatur. Itaque, quod non poterant vi,
 de assequi tentant. Pœnitentiam secessionis
 lare decreverant , & excusare apud Regem con
 ternationem suam. Interim, qui Persas solicitarentur
 mittuntur. Hinc spe , hinc metu militares animos
 versant : ruinæ rerum illos subdere capita , in perni
 ciem trabi , cum Bactra pateant , exceptura eos denique
 opulentia , quantam animis concipere non posint
 Hæc agitantibus Artabazus supervenit , sive Regi
 jussu , sive sua sponte , affirmans , mitigatione
 Darii , & eundem illis amicitiae gradum patens
 apud Regem. Illi lacrymantes , nunc purgare se
 nunc Artabazum orare, ut causam ipsorum tueretur
 pro

precesque perferret. Sic peracta nocte, sub lucis exortum Nabarzanes cum Bactrianis militibus in vestibulo Prætorii aderat, titulum solemnis officiū occulto sceleri præferens. Darius, signo ad eundum dato, currum pristino more conscendit. Nabarzanes, ceterique parricidæ procumbentes humili, quem paulò post in vinculis habituri erant, sustinuerunt, eque venerari: lacrymas etiam poenitentiæ indices profuderunt. Adeo humanis ingenii parata similitudine est, preces deinde suppliciter admotæ. Darium natura simplicem, & mitem, non credere modo, quæ affirmabant, sed etiam flere coegerunt. Ac ne tum quidem cogitati sceleris poenituit, cum inquerentur, qualem & Regem, & virum fallerent. Ille quidem securus periculi, quod instabat, Alestra cum xandri manus, quas solas timebat, effugere proopalam perabat. *50*

NOTAS.

Sequitur. Es la misma aun en la adversidad, ó mala fortuna.

Ad omne. Prontos à obedecerles en todo.

Ruine rerum. Que vivian bajo un imperio, que amanazaba ruina.

Titulo. Ocultando su tracion con el pretesto de cumplir con la obligacion de sus empleos.

Sustinuere. Tubieron corazon.



CAPITULO XXVII.

*DESCUBRE PATRON A DARIO LAS FICCIONES
de los conjurados, y sus asechanzas.*

Patron autem Græcorum Dux præcepit suis
arma, quæ in sarcinis anteâ ferebantur,
duerent, ad omne imperium suum parati,
intenti. Ipse currum Regis sequebatur, occasion
imminens alloquendi eum. Quippe Bessi facio
præsenterat. Sed Bessus id ipsum metuens, cuius
verius, quām comes, à curru non recedebat. Du
ergo Patron cunctatus, ac sèpiùs sermone revo
cato, inter fidem, timoremque hæsitans, Regen
intuebatur. Qui ut tandem aduersit oculos, Bubo
cem spadonem inter proximos currum sequentem
percontari jubet, num quid ipse velit dicere. Pa
tron, se verò, sed remotis arbitris, loqui velle cu
eo, respondit. Jussusque propriùs accedere sine
terprete (nam haud rudis Græcę lingue Darius era)
Rex, inquit, ex quinquaginta milibus Græcorum
persumus pauci, omnes fortunæ tuæ comites, Θ in ho
tuo statu iidem, qui, florente te, fuimus, quascum
que sedes elegeris, pro patria, Θ domesticis rebus pe
turi. Secundæ, aduersæque res tuæ copulavere nos
cum. Per hanc fidem invictam oro, Θ obtestor, in no
tris castris tibi tabernaculum statue, nos corporis
custodes esse patiaris. Amisimus Græciam, nulla Ba
æra sunt nobis. Spes omnis in te. Utinam Θ in cae
ris esset. Plura dici non attinet. Custodiæm corpor
tui externus, Θ alienigena non depositarem, si credo

em alium posse præstare. Bessus quamquam erat Græci sermonis ignarus, tamen stimulante conscientia, indicium profectò Patronem detulisse credebat. Et interpretis Græci relato sermone, exempta dubitatio est. Darius autem, quantum ex vultu consipi poterat, haud sanè territus, percontari Patro-
 suis, in
ur, in
arati, in
ccasion
facino
cultu
at. Di
revo
Regen
Bodo
uentu
re. Pa
Ille cu
sine in
us era
ram
g in
nascim
nos se
, inn
oris n
lla Br
in cat
corpor
credi
118

suis, in
arati, in
ccasion
facino
cultu
at. Di
revo
Regen
Bodo
uentu
re. Pa
Ille cu
sine in
us era
ram
g in
nascim
nos se
, inn
oris n
lla Br
in cat
corpor
credi
118

causam consilii, quod afferret, cœpit. Ille non ultrà differendum ratus: *Bessus, inquit, & Nabar-zanes insidiantur tibi, in ultimo discrimine & fortunæ tuæ, & vitæ. Hic dies aut parricidis, aut tibi fatus ultimus.* Et Patron quidem egregiam conservati Regis gloriam tulerat. Eludant licet, quibus forte, ac temerè humana negotia volvi, agique persuasum est: equidem æternâ constitutione crediderim, nexusque causarum latentium, & multò ante destinatarum suum quemque ordinem immutabili lege percurrere. Darius certè respondit: *Quamquam sibi Græcorum militum fides nota sit; nunquam tamen à popularibus suis recessurum. Difficilius sibi esse damnare, quam decepi. Quidquid sorti tulisset, inter suos perpeti malle, quam transfugam fieri. Serò se perire, si salvum esse sui milites nollent. Patron, desperata salute Regis, ad eos, quibus præterat, rediit, omnia pro fide experiri paratus.* *Sa.*

NOTAS.

Occasioni imminens. *Buscando ocasión, esperando tiempo.*

Sermone revocato. *Conteniendo, y reprimiendo en lo que ya iba à decir.*

Pro Patria. *Como si fuera à su casa, y patria.*

Eludant. *Aunque se rian de lo que juzgan.*

E quidem. Porque tengo yo por cierto, que por una ^{opta}
na disposicion y serie de ocultas causas, que visto
de mui otras, basucediendo en todos el orden de
Providencia por inalterable lei, y disposicion de
hados.

CAPITULO XXVIII,

GRACIAS DE BESO A DARIO, POR NO HABER ^{Regis}
gobernado por Patron: purgase de las sospechas, Sine
que contra él habia. ^{pad}

AT Bessus occidendi protinus Regis imperium Deosque
conceperat. Sed veritus, ne gratiam Alexan- que
dri, ni vivum eum tradidisset, inire non posse op-
set, dilato in proximam noctem sceleris confilio, pa-
agere gratias incipit, quod perfidi hominis infidus dan-
jam Alexandri opes spectantis, prudenter, cautique
vitasset. Donum eum hosti laturum fuisse Regis caput.
Nec mirari, hominem mercede conductum onnia ha-
bere venalia. Sine pignore, sine lare, terrarum orbis
exulem, anticipitem hostem, ad nutum licentium in DESP.
cum ferri. Purganti deinde se, Deosque patrios te-
res fidei suæ invocanti, Darius vultu assentiebatur,
haud dubius, quin vera deferrentur à Græcis. Sed JAn
eo rerum ventum erat, ut tam periculoso effe- te
non credere suis, quam decipi. Triginta millia co-
erant, quorum inclinata in scelus levitas timeba- cum e-
tur. Quatuor millia Patron habebat, quibus si cre- hys /
didisset salutem suam, damnata popularium fidei Patro
parricidio excusationem videbat offerri. Itaque pre- transi-
op

optabat immerito, quām jure violari. Beso ^{ta-}
e vita men insidiarum consilium purganti respondit: ale-
den de xandri sibi non minus justitiam, quām virtutem esse
in de perspectam. Falli eos, qui proditionis ab eo præmium
expectent. Violatae fidei neminem acriorem fore vindici-
am, ultoremque. ²⁵

NOTAS.

Perfidia hominis. *De Patrono.*

Hosti. *A Alejandro.*

ABER Regis. *De Dario.*

Sine pignore. Sin prenda alguna de hijos, mugeres, padres, y hacienda, sin casa, enemigo ya de unos, ya de otros, sigue al que le ofrece mas dinero.

Deosque patrios. Entre otros á Jupiter, y al Sol, al Alejandro que llamaban Mythren.

Proptebat. Quería mas se hiciese la traición sin cul-
onfilio, pa suia, y sin merecerlo, que con justa causa, ó
infidia dando algun motivo para ello.

CAPITULO XXIX.

DESPIDESE ARTABAZO DE DARIO, A QUIEN
pone en prisones Beso, y en un Carro cuberto
de pieles.

Jamque nox appetebat, cum Persæ more soli-
to armis positis, ad necessaria ex proximo vi-
co ferenda discurrunt. At Baetiani (ut impera-
mebasum erat à Beso) armati stabant. Inter hæc Da-
si crepus Artabazum acciri jubet. Expositisque, quæ
Patron detulerat, haud dubitate Artabazus, quin
transfendum esset in castra Græcorum, Persas quo-
que

que, periculō vulgatō, secuturos. Destinatus lo-
ti sux, & jam nullus salubris consilii patiens, tibus
cam in illa fortuna opem, Artabazum, ultimum illu-
visurus, amplectitur; perfususque mutuis lacrym-
inhærentem sibi avelli jubet. Capite deinde velu-
ne inter gemitus digredientem velut à tergo intuen-
tur, in humum prouum corpus abjecit. Tum ven-
tus custodia: ejus assueti, quos Regis salutem vel pe-
culō vitæ tueri oportebat, dilapsi sunt, armis
quos jam adventare credebant, haud rati se fu-
ros pares. Ingens ergo in tabernaculo solitudo en-
paucis spadonibus (quia quò descenderent, non bi-
bebant) circumstantibus Regem. At ille, remo-
arbiteris, diu aliud, atque aliud consilium an-
volutabat. Jamque solitudinem, quam paulo ad Baetri
pro solatio petiverat, perosus, Bubacem voca-
mam non finiam: alieno scelere, quam meo, ignot
malo. Post hanc vocem spado gemitu non modu-
bernaculum, sed etiam castra complevit. Irru-
re deinde alii, laceratisque vestibus, lugubri, & Haud
baro ululatu Regem deplorare cœperunt. Per deb
ad illos clamore perlatu, attoniti metu, nec Destiu-
ma capere, ne in Baetrianos inciderent; geti
quiescere audebant, ne impiè deserere. Inhæ-
gem videtur. Varius, ac dissonus clam abr-
sine duce, ac sine imperio, totis castris Ne i-
ferebatur. Besso, & Nabarzani nuntiaverant do
Regem à semetipso interemptum esse. Plautus Ad u-
deceperat. Itaque citatis equis advolant, sequi Nulli
en-

tibus, quos ad ministerium sceleris delegerant. Et, cùm tabernaculum intrassent, quia Regem vivere spadones indicabant, comprehendēti, vincirique iusserunt. Rex curru paulò ante vectus, & Deorum suis honoribus cultus, nulla externa ope admota, captivus servorum suorum, in sordidum vehiculum pellibus undiqne coniectum imponitur. Pecunia Regis, & supellex, quasi jure belli, diripiatur. Onustique præda per Icelus ultimum partam fugam intendont. Artabazus cum iis, qui imperio parebant, Græcisque militibus Parthienem petent, omnia tutiora parricidarum contuitu ratus. Iersa promissis Besi operati, maximè, quia nemmo aliis erat, quem sequerentur, conjunxere se Bactrianis, agmen eorum tertio assedit die. Né tamen honos Regi non haberetur, aureis compeditibus Darium vinciunt, nova ludibria subinde exigitante fortunā. Et, ne fortè cultu Regio posset agnoscī, sordis pellibus vehiculum intexerant. Ignoti jumenta agebant, ne percontantibus in agmine monstrari possent, custodes procul sequebantur.

NOTAS.

Haud dubitare. Respondio Artabazo, que no dudaba, debia asegurar Dario su persona entre los Griegos. Destinatus sorti suæ. Abandonado à su destino, sugeto à su hado.

A Artabazo, que estaba estrechamente abrazado con Dario.

Ne inter. Para no mirar al que se despedía gemiendo, y como si viese ya muerto à Dario.

Ad ultimum. Hasta aquí, hasta lo ultimo de mi vida.

Nulla externa. No por fuerza, ó violencia de algun enemigo extraño.

Ultimum. La maior, y mas execrable.
Deorum à suis. Honrado, y venerado de los
como si fuera Dios.

Parricidarum contuitu. Que estar à la vista de
los traidores al Rei, y parridas suios.

CAPITULO XXX.

BA ALEJANDRO A LOS ALCANCES DE DA

Alexander, auditô, Darium movisse ab Euxum
tanis, omissô itinere, quod patebat in Mredit
diam, fugientem insequi pergit strenue. Ibi ju
bas oppidum est in Paretacene ultimâ. Ibi transiit r
gæ nuntiant, præcipitem fugâ Bactra petere Drecen
rium. Certiora deinde cognoscit ex Bagystheus:
Babylonio, non equidem vincitum Regem, quoqu
in periculo esse aut mortis, aut vinculorum. Rerum
Ducibus convocatis: Maximum, inquit, opus, nihil
labor brevissimus supereft, Darius haud procul invoca
tus à suis, aut vincitus, aut oppressus est. In mare
corpore posita est victoria nostra. Et tanta res celeri
tatis est præmium. Omnes pariter conclamant, nequend
ratos ipsum sequi, nec labori, nec periculo redditis,
ceret. Igitur raptim agmen cursus magis, quater ii
itinoris modô dicit, ne nocturnâ quidem quinq[ue]adme
diurnum laborem relaxante. Itaque quingenta lucisur
dia processit. Perventumque erat in vicum, in q[ui]
Darium Bessus comprehenderat: ibi Melon Da No illo
interpres excipitur. Corpore æger non poterat Dima
agnen sequi: & deprehensus celeritate Regis, tran
fugam se esse simulabat. Ex hoc acta cognoscit. Se Vie

fatigatis necessaria quies erat. Itaque delectis equi-
 tum sex millibus, trecentos, quos *Dimachas* ap-
 pellarunt, adjungit. Dorso hi graviora arma por-
 tabant. Ceterum equis vehebantur: cum res, locu-
 que posceret, pedestris acies erat. Haec agentem
 alexandrum adeunt Orsillos, & Mythracenes, qui
 Belsi parricidium exosi transfugerant. Nuntiabant-
 que, stadia quingenta abesse Persas: ipsos brevius
 Darii monstraturos. Gratus Regi adventus transfuga-
 um fuit. Itaque primâ vesperâ, ducibus iisdem
 b. Eorum expedita equitum manu monstratam viam in-
 t. in Mreditur, phalange, quantum festinare posset, se-
 què. Ibi jussa. Ipse quadrato agmine incedens, ita cur-
 trandum regebat, ut primi conjungi ultimis possent.
 ere Drecinta stadia processerant, cum occurrit Brocu-
 gythelus, Mazai filius, Syriæ quondam Prætor. Is
 em, quoque transfuga nuntiabat, Bessum haud amplius,
 m. Ruum ducenta stadia abesse. Exercitum, utpote qui
 opus, nihil præcaveret, incompositum, inordinatumque
 ul. procedere. Hyrcaniam videri petituros. Si festi-
 . Inuitet sequi, palantibus superventurum. Darium
 s. celestidhuc vivere. Strenuo alioquin cupiditatem conse-
 ant, quendi transfuga injecerat. Itaque, calcaribus sub-
 ulo pulvis, effuso cursu eunt. Jamque fremitus hostium
 , quinter ingredientium exaudiebatur: sed prospectum
 i quia demerat pulveris nubes. Paulisper ergo inhibuit
 enca la carfum, donec consideret pulvis. 40

NOTA S.

n Dario illo corpore. En sola su persona, en solo coger à Darios
 potuer Dimachas. Soldados, que hacian à todo, peleando ya
 , tran à pie, ya à caballo, como lo hacen ahora los Dragones.
 cit. Se Viene de la palabra griega *disparagi*. INGR. RICHARD
 Stre-

Strenuo alioquin. A Alejandro , que estaba ya dencil
sí mismo pronto , y resuelto .
Parricidium Bessi . Que detestaban , y abomian
de la traicion de Besso à su Rei .

CAPITULO. XXXI.

FUGA DE BESSO , Y DE LOS BARBAROS : Dado
herido de los suyos .

JAmque conspecti à Barbaris erant , & abenem
tium agmen conspexerant , nequaquam fuisse
pares , si Besso tantum animi fuisset ad probant
lium , quantum ad parricidium fuerat . Namque in
numero Barbari præstabant , & robore . Ad hanc
refecti cum fatigatis certamen inituri erant . Scusser
nomen Alexandri , & fama , maximum in bellum
utique momentum , pavidos in fugam conuocaverat .
Bessus , & coeteri facinoris ejus participes , vici
culum Darii assecuti , cœperunt hortari eum , tam
conscenderet equum , & se hosti fugâ eriperet .
Deos ultores adesse testatur , & Alexandri fiducia
implorans , negat se parricidas velle comitari . Tu
verò ira quoque accensi , tela injiciunt in Regem
multisque confossum vulneribus relinquunt . Junto . Ad ho
ta quoque , ne longius prosequi possent , convenerant , duobus servis , qui Regem comitabantur
occisis . Hoc edito facinore , ut vestigia fugeantur . Ut qu
gerent , Nabarzanes Hyrcaniam , Bessus Bactriam . Adeo
paucis equitum comitantibus , petebant . Bactriam .

ducibus destituti, quā quemque aut spes ducebat, at pavor, dissipabantur. Quingenti tantum equites omnia congregaverant se, incerti adhuc, resisterēt melius esset, an fugere. Alexander hostium trepidationem comperta, Nicanorem cum equitum parte adhibendam fugam præmittit: cum cæteris sequitur. Tria fermè millia resistentium occisa sunt: reliquum gmen more pecudum intactum agebatur, jubente Rege, ut cædibus abstineretur. Nemo captivorum: Dilectat, qui monstrare Darii vehiculum possit. Singuli, ut quæque prehenderant, scrutabantur: nec namen ullum vestigium fugæ Regis stabat. Festinans ab eum Alexandrum vix tria millia equitum persecuta sunt. At in eos, qui lentiū sequebantur, incidunt universa fugientium agmina. Vix credibile dimicatu; plures captivi, quām qui caperent, erant. Ad hanc omnem sensum territis fortuna penitus exiit. Scufferat, ut nec hostium paucitatem, nec multitudinem suam satis cernerent. Interim jumenta, quæ Darium vehebant, nullo regente decesserant milles, et via: & errore delata per quatuor stadia, in quamdam valle constiterant, æstu, simulque vulneribus et. fatigata. 42

NOTAS.

Junc. Ad hoc. *Además de esto.*

conv. Ut vestigiar. Para que se esparciese por muchas partes, ibant, que por allí habian huido.

ge sp. Ut quæque. Segun, y luego, que cogian los caños.

Bach. Adeo omnem. Tan enagenados, y fuera si,

CAPITULO XXXII.

*HALLA UN MACEDONIO A DARIO, EL QU
muere de las heridas.*

HAUD procul erat fons, ad quem monstrauitiam
à peritis Polystratus Macedo siti macerantiam
accessit. Ac, dum galea haustam aquam sorbet, tela jumentorum deficientium corporibus in
fixa conspexit. Miratusque confossa potius, quam
abacta esse, semivivi hominis **** gemitum per
cipit. Itaque more ingenii humani cupidus visendus
quid rei vehiculo isto conderetur; dimotis pellibus
quibus obte*ctum* erat, Darium multis vulneribus co
fossum reperit: regius enim cultus, & aureo catena
queis à parricidis vinclitus fuerat, dubitationem ex
tremebant. Non erat expers grœci sermonis Darius, quod cu
riasque agebat diis, qui post tanta mala, tamque
via, hoc tamen indulsissent solatii, ne omnino in lo
rudine extremum spiritum effunderet. Itaque: Te, penetu
quit, quisquis es mortalium, per communem hominum be
sortem, à qua nec maximos regum exemptos esse pra
spectaculo moneris; rogo quæisque, ut bæc ad Alexander signi
mandata mea perferas: nihil eorum quæ longe tristitia
perpeccus sum, ne hunc quidem incomparabilis calamitas derelici
zis exitum, ita gravem mihi accidisse, ut hoc unum sit bene
post tanta in me meosque merita adversus clementem prestitum
enim victorem, inimico vivendum fuit, & nunc ingredioriendum est. Sed si qua postremis miserorum votis modo
& deo
Deos vis est, & cum ipso spiritu profusas preces
zius aliquod numen exaudit; ille quidem sospes & invictus pa
lumis, longèque supra contagium mee sortis & invictus fortunæ positus, in solio Cyri gloriosam ætatem exi

siveque virtutis memor, eum matri liberisque meis locum
 apud se esse patiatur, quem illi fide, & obsequio merue-
 int: at parricidas promptum exitium consequatur, quod
 Alexander irrogavit, si non misericordia infelicis hostis,
 saltem odio facinorum; & ne impunita in aliorum
 instruuntur regum, suumque ipsius, exitium erumpant. Post-
 iacerat uam for-
 recreatus: Ergo, ait, hanc etiam tantis calamitati-
 bus extremam accedere oportuit, ut bene merito gra-
 s, qui
 ham referre non possim! At referat Alexander; Ale-
 xandro vero dii. Dextram deinde protendit, eamque
 visenda
 pellibus
 ibus con-
 spiranti adhuc supervenerit, incertum est: illud
 & ceterum constat, miserabili regis opulentissimi exitu com-
 perto, copiosas lacrymas profudisse; statimque
 rius, Chamyde sibi detraetata, corpus operuisse, & mag-
 que cum honore ad suos deferri jussisse, ut regio-
 nes rerum more curatum monumentis majorum in-
 tentetur. Ingratitudinem hominum, à quaeis pro sum-
 mis beneficiis crudele exitium Darius pertulit, quam-
 quam suopte ingenio horrendam & execrabilem,
 insigniore ad posteritatem infamiam damnavit canis
 cuiusdam mira fides; qui ab omnibus familiaribus
 derelicto solus adfuit, & quam in vivum præ se tu-
 quisque benevolentiam, morienti quoque constanter
 prestitit. Hunc vitæ finem sortitus est ille, quem
 modo contumeliâ affici putabant, nisi regem regum,
 & deorum consanguineum salutarent: magnóque ite-
 um experimento approbatum est, NEMINEM ma-
 gis patere fortunę, quam qui pluribus ejusdem blan-
 titiis irretitus, jugum illius tota cervice receperit. 60



bec :
cadet
possei
onne
armoi
magni
Undiq

LIBER SEXTUS.

CAPITULO I.

*TOMAN LAS ARMAS LOS GRIEGOS, Y LACE
demonios contra Antipatro Prefecto de la Macedonia
presentales Antipatro la batalla, y los vence:
en ella Agis Rei de los Lacedemonios, los cuales
embian sus embajadores a Alejandro: pru-
dente moderacion de Antipatro.*

S U P L E M E N T O.

Just. lib. 12. cap. 1.

DUM ea per Asiam geruntur, ne in Gracia exercit
dem, Macedoniaque tranquillae res fuere. Gra-
cia ferme omnis in occasionem recuperanda
tatis ad arma concurrerat, auctoritatem Laceda-
niorum secuta, qui Philippi, Alexandriique pacem
spreverant, et leges respuerant. Dux hujus belli triusq
Rex Lacedemoniorum fuit, quem motum Antipatris
contractis militibus in ipso ortu oppressit. Magna tam
utrinque cædes fuit. Agis Rex cum suos terga redderet
videret, dimissis satellitibus, ut Alejandro felicitate
virtute inferior videretur, se in medium. *** Panili ja-
næ discrimen immisit; obtruncatisque so plani
promptius resistebant, magnam partem hæc arra-
tium propulit. Cœperant fugere victores; & cœ-

Nec avidius sequentes in planum deduxere, multi
cadabant. Sed, ut primū locus, in quo stare
possent, fuit, æquis viribus dimicatum est. Inter
omnes tamen Lacedæmonios Rex eminebat, non
armorum modò, & corporis specie, sed etiam
magnitudine animi, quo uno vinci non potuit.
Undique nunc cominùs, nunc eminùs petebatur:
duque arma circumferens, alia tela clypeo exci-
perebat, corpore alia vitabat, donec hastâ femora
perfossa, plurimo sanguine effuso, destituere pug-
antem. Ergo clypeo suo exceptum armigeri rap-
am in castra referebant, jactationem vulnerum
ad facile tolerantem. Nec tamen omisere Lace-
dæmonii pugnam; &, ut primū sibi, quām hosti
uiorem locum capere potuerunt, densatis ordi-
bus, effusè fluentem in se aciem excepere. Non
sud discriminem vehementius fuisse, memorię pro-
stum est. Duarum nobilissimarum bello gentium
excia Pueritus pari Marte pugnabant. Lacedæmoni veter-
ere. Gra Macedoniae præsentia decora intuebantur. Illi pro
ide. libertate, hi pro dominatione pugnabant. Lacedæmo-
nii Dux. Macedonibus locus deerat. Diei quoque
racem vii tam multiplex casus modò spem, modò metum
belli, antiusque partis augebat, velut de industria inter-
Antip fortissimos viros certamen e quante fortuna. Cæte-
na tam angustiæ loci, in quo hæserat pugna, non
redderat patiebantur totis congredi viribus. Spectabant er-
itate. go plures, quām inierant prælium. Et qui extra
** Patelli jactum erant, clamore invicem suos accende-
e. Tant. Tandem Laconum acies languescere, lubri-
m ha. arma sudore vix sustinens; pedem deinde refer-
&, coepit, urgente hoste, ac aperte fugere. Inse-
quest

quebatur dissipatos victor, & emensus cusu
 ne spatiū, quod acies Laconum obtinuerat,
 sum Agim persequebatur. Ille, ut fugam suon
 & proximos hostium conspexit, deponit se ius
 Expertusque, membra an impetum animi
 qui possent, postquam deficere sensit, popl
 bus semet excepit, galeaque strenue
 clypeo protegens corpus, hastam dextra vibrat
 ultro vocans hostem, si quis jacenti spolia dem
 re auderet. Nec quisquam fuit, qui sustineret
 minus congredi. Procul missilibus appetebatur,
 ipsa in hostem retorquens, donec lancea nudo p
 etori infixa est. Qua ex vulnere evulsā, inclinati
 ac deficiens caput clypeo paulisper excepta:
 de, linquente spiritu pariter, ac sanguine, me
 bundus in arma procubuit. Cecidere Lacede
 niorum quinque millia, & CCCLX. ex Macedoni
 haud amplius M. Ceterū vix quisquam,
 saucius revertit in castra. Hæc victoria non Sp
 tam modò, sociosque ejus, sed etiam omnes,
 fortunam bellii spectaverant, fregit. Nec fallit
 Antipatrum, dissentire ab animis gratulantium
 tus, sed bellum finire cupienti opus erat decipi
 quamquam fortuna rerum placebat, invidiam
 men, quia majores res erant, quām quas Praef
 modus caperet, metuebat. Quippe Alexander h
 tes vinci voluerat, Antipatrum viciisse, ne tam
 quidem, indignabatur, suæ demptum gloria e
 timans, quidquid cessisset alienè. Itaque Ant
 ter, qui probè nosset spiritum ejus, non est ali
 ipse agere arbitria victoriae, sed consilium Gra
 rum, quid fieri placeret, consuluit. A quo Lac
 que

monii nihil aliud, quām ut Oratores mittere ad Regem liceret, precati, non gravatē veniam defectionis, præter auctores, impetraverunt. Megapolitani, quorum urbs obsessa erat, ad defectionis ejus multam Achæis, & Ætolis cxx. talenta dare jussi sunt. Hic fuit exitus belli, quod repentinum, priùs tamen finitum est, quam Darium Alexander apud Arbellam superaret. *S 6*

NOTAS.

Immisit. Agis.

Victores. Los Macedonios.

Languescere. A aflojar.

Deponi se. Que le pusiesen en tierra.

Vocans. Provocando, desafiando.

Gratulantium. De los Espartanos, y de los otros, que esperaban el dia desta guerra para rendirse, ó no.

Decipi. Dejarse engañar.

Praefecti modus El que no era mas, que Prefecto, ó General.

Probè nosset. Conocia bien el genio de Alejandro.

CAPITULO II.

VICIOS, DE QUE SE DEJA LLEBAR ALEJANDRO:
admitte à su amistad à un Hermano de Dario:

*da à Osidates el gobierno de
la Media.*

SED, utprimū instantibus curis laxatus est animus, militarium rerum, quām quietis, otiumque patientior, exceperat eum voluptates. Et quem

arma Persarum non fregerant , vicia vicerunt .
 tempestiva convivia , & perpotandi , perva
 que insana dulcedo , ludique , & greges pellic
 omnia in externum lapsa sunt morem . Quem en
 latus quasi potiorem suo , ita popularium animo
 oculosque pariter offendit , ut à plerisque amic
 rum pro hoste haberetur . Tenaces quippe dis
 plinæ suæ , solitosque parco , ac parabili viciu
 implenda naturæ desideria defungi , in peregrina
 & victarum gentium mala impulerat : hinc sap
 comparatæ in caput ejus insidiæ , secessio militum
 & liberior inter mutuas querelas dolor ; ipsius de
 de nunc ira , nunc suspiciones , quas excitabat
 consultus pavor , ceteraque his similia , quæ de
 dicentur . Igitur , cum intempestivis conviviis di
 pariter , noctesque consumeret , satietatem epu
 rum ludis interpolabat , non contentus artificiis
 quos è Græcia exciverat , turba . Quippe capti
 fœminarum jubebantur suo ritu canere inconditam
 & abhorrens peregrinis auribus carmen . Interquæ
 unam Rex ipse conspexit mœstiorem , quām q[uod] Patiu
 ras , & producentibus eam verecundè reluctante ja
 Excellens erat forma , & formam pudor honorebat . Exte
 bat , ore velatō , suspicionem præbuit Regi , la
 biliorem esse , quām ut inter convivales ludorū d
 beret ostendi . Ergo interrogata , quānam ell[er] Incep
 Neptem se Ochi , qui nuper regnasset in Persis , filio Arti
 genitam esse , respondit , uxorem Hifaspis fuisse . Secu
 pinquis hic Darii fuerat , magni & ipse exercitu
 Prætor . Adhuc in animo Regis tenues reliquæ p[ro]v
 tini moris hærebant . Itaque fortunam regiā summa In

genitè , & tam celebre nomen reveritus , non dimit-
 ii modò captivam , sed etiam restitui ei suas opes
 jussit ; virum quoque requiri , ut reperto conjugem
 redderet. Postero autem die præcepit Hephestioni ut
 omnes captivos in Regiam juberet adduci. Ubi sin-
 golorum nobilitate spectatâ , secrevit à vulgo , quo-
 cum , eminebat genus. Mille hi fuerunt , inter quos
 repertus est Oxatres Darii frater , non illius for-
 tuna , quàm indole animi sui clarior. Oxydates erat
 nobilis Perses , qui à Dario capitali supplicio des-
 tinatus , cohíebatur in vinculis. Huic liberato
 Satrapęam Medię attribuit. Fratremque Darii re-
 cepit in cohortem amicorum , omni vetustæ cla-
 ritatis honore servato. xxvi. millia talentum pro-
 xima præda redacta erant : è queis xii. millia in
 congarium militum absunta sunt. Par huic pe-
 cunie summa custodum fraude subtracta est. 33

N O T A S.

Patientior. *Mas à propósito , gobernándose mejor Ale-
 jandro.*

Externum. *De los Persas.*

Quasi potiorem suo. *Como si fueran mejores , que
 las costumbres , y estilos de su Patria la Mace-
 donia.*

Inconsultus. *Imprudente : mal fundado.*

Artificum. *Músicos , representantes , &c.*

Secrevit. *Apartó , è hizo distincion entre los cautí-
 vos mas vulgares , y bajos , y los que eran de ma-
 ior distincion , y nobleza.*

In cohortem amicorum. *Entre los guardias de Corps.*

CAPITULO III.

ENTRA ALEJANDRO EN PARTIENE : ALBOR toniu
de sus Soldados : convoca à sus Capitanes. glori
is fo

Hinc in Parthienem perventum est , tunc iguo ue / ham
 bilem gentem , nunc caput omnium , qui pam
 Euphratēm , & Tigrim amnes siti , Ru admo
 mari terminantur. Scythæ regionem campescentes , fa
 ac fertilem occupaverunt , graves adhuc accolam i
 Sedes habent & in Europa , & in Asia. Qui supericeri
 Bosphorum colunt , ascribuntur Asiæ : at qui in , &
 Europa sunt , à Iesso Thracię latere ad Boryllus infat
 nem , atque inde ad Thanaim alium amnem redditam
 plaga pertinent. Tanais Europam , & Asiam mœse fa
 dius interfluit. Nec dubitatur , quin Scythes , quænt
 Parthos condidere , non à Bosphoro , sed ex regi tur
 ne Europæ penetraverint. Urbs erat ea tempore jusit
 te clara Hecatompylos , condita à Græcis. Ibi sta
 tiva Rex habuit , commeatibus undique advectis.
 Itaque rumor otiosi militis , viritim sine auctore
 percrebuit , Regem contentum rebus , quas gesili Heca
 ser , in Macedoniam protinus redire statuile pi
 Discurrunt lymphatis similes in tabernacula , Sine
 itineri sarcinas aptant. Signum datum crederes , Ut v
 vasa colligerent. Totis castris tumultus hinc con
 tubinales suos requirentium , hinc onerantium Tem
 plastra , perfertur ad Regem. Fecerant fidem Infra
 mori temerè vulgato Græci milites , redire jus de
 domos , quorum equitibus singulis denariorum se Vulg
 na millia dono dederat. Ipsi quoque finem militis ad

adesse credebant. Haud secus, quām par erat, ter-
ritus Alexander, qui Indos, atque ultima Orien-
tis peragrare statuisset, Prefectos copiarum in Pre-
BORI torium contrahit. Obortisque lacrymis: Ex medio
ren gloriæ spatio revocari se, victi magis, quām victo-
ri fortunam in patriam relaturum, conquestus est;
incognitum sibi ignaviam militum obstare, sed Deorum invi-
qui p̄ h̄am, qui fortissimis viris subitum patriæ desiderium
Rubor admovissent, paulò post in eamdem cum majorem lau-
pestrē, famaque reddituris. Tum verò pro se quisque ope-
accollam suam offerre, difficillima quæque poscere, pol-
ui suplici militum quoque obsequium, si animos eorum le-
qui mi, apta oratione permulcere voluisset. Nunquam
oryllofractos, abjectos recessisse, quoties ipsius alacri-
tatem, tanti animi spiritus baurire potuissent. Ita
iam mense facturum esse respondit: Illi vulgi aures præpa-
rare, quænt sibi. Satilque omnibus, quæ in rem videban-
x regotur, compositis, vocari ad concionem exercitum
impellūsset, apud quem talem orationem habuit.
Ibi-
dveūs
autore
s gesil Hecatompylos. Palabra griega, de ἑκατὸν ciento,
tatuisse πύλη puerta. De cien puertas.
ila, & Sine auctore. Sin saber de donde habia salido.
eres, Ut vasa colligerent. Para que se dispusiesen à la mar-
c con cha. Frase comun de la cual trata Varron de R.R. I. I.
antium Temerè. Sin fundamento.
em n. Infractos. Lo misma que valde fractos: mui caídos.
e juss) de animo.
um se Vulgi. De los Soldados rafos,

NOTAS.

43

miliu

CAPITULO IV.

ORACION DE ALEJANDRO A SUS SOLDADOS

Magnitudinem rerum, quas gessimus, militetur
 intuentibus vobis, minimè mirum est, & abse-
 siderium quietis, & satietatem gloria occu-
 re. Ut omittam Illirios, Triballos, Boeotiam, Thraciam long.
 Spartam, Achaeos, Peloponnesum, quorum alia nia-
 glu meo, alia imperio, auspicioque perdomui: ecce Hir-
 bellum ad Hellespontum, Jonas, AEolidem servitio posse
 bariæ impotentis, exemimus; Cariam, Lydiam, Cappi,
 padociam, Phrygiam, Paplagonium, Pamphyliam Omni
 Pisidiam, Ciliciam, Syriam, Phoenicem, Armenia Ille
 Persidem, Medos, Partienem habemus in potestu exten-
 Plures Provincias complexus sum, quam alii qui pi-
 ceperunt. Et nescio, an enumeranti mibi quadam pini-
 sarum rerum multitudo subduxerit. Itaque, si cum pena-
 rem satis certam esse possessionem terrarum, qualia vocu-
 ta velocitate domuimus, ego vero, milites, ad patres
 tes meos, ad parentem, sororesque, & ceteros in tan-
 vel renitentibus vobis, erumperem, ut ibi potissimum desp.
 parta vobiscum laude, & gloria fruerer, ubi nos non faci-
 rima victoriae prenia expectant, liberorum, conjugi
 parentumque lætitia, pax, quies, rerum per virtutem
 rem partarum secura possessio. Sed in novo, & (si
 rum fateri volumus) precario Imperio, adhuc jugum
 ejus rigida cervice subeuntibus Barbaris, tempore, mihi
 lites, opus est, dum mitioribus ingeniiis imbuuntur
 & effratos mollior consuetudo permulceret. Frugē nos
 que maturitatem statuto tempore expectant. Adeò tuis hab

illa sensus omnis expertia, tamen sua lege mitescunt.
 Quid? creditis, tot gentes alterius Imperio, ac no-
 mini assuetas, non sacris, non moribus, non commer-
 cio lingue nobiscum coharentes, eodem prælio
 domitas esse, quo viæ sunt? Vestris armis continen-
 tur, non suis moribus. Et qui præsentes metuunt, in
 absentia hostes erunt. Cum feris bestiis res est, quas cap-
 tas, & inclusas, quia ipsarum natura non potest,
 longior dies mitigat. Et adhuc sse ago, tamquam om-
 nia subacta sint armis, quæ fuerunt in ditione Darii.
 : ecce Hircaniam Nabazanes occupavit, Bactra non solum
 virtus possidet parricida Bessus, sed etiam minatur. Sogdia-
 m, Cappi, Dahæ, Massagetæ, Sagæ, Indi sui juris sunt.
 Omnes hi simul, si terga nostra viderint, sequentur.
 Armenia Ille enim ejusdem nationis sunt; nos alienigenæ, &
 potestus externi. Suis autem quique parent placidius, etiam cum
 illi non præesi, qui magis timeri potest. Proinde aut quæ ce-
 edam sumus, omittenda sunt, aut quæ non habemus, occu-
 si suspenda. Sicut in corporibus ægris, milites, nihil, quod
 qualiter vocitetur est, medici relinquunt: sic nos quidquid ob-
 ad Pausat Imperio, recidamus. Parva sæpè scintilla contemp-
 pos ita magnum excitavit incendium. Nihil tutò in hoste
 tisimis despicitur. Quem spreveris, valentiorem negligentia
 nos sub facies. Ne Darius quidem bæreditarium Persarum ac-
 cepit Imperium, sed in sedem Cyri beneficio Bagoæ cas-
 trati hominis admissus. Ne vos magno labore credatis
 Bessum vacuum Regnum occupatum. Nos verò pecca-
 vimus, milites, si Darium ob hoc vicimus, ut seruo-
 ejus traderemus Imperium, qui ultimum ausus scelus,
 Regem suum etiam externæ opis egentem, certè cuī
 nos viatores pepercissimus, quasi captivum in vinculis
 habuit, ad ultimum, ne à nobis conservari posset, oco-
 dit.

dit. Hunc vos regnare patiemini? quem equidem
 affixum videre festino; omnibus Regibus, gentibus
 fidei, quam violavit, meritas poenas solventem.
 hercule, si mox eundem Græcorum urbes, aut Helle-
 pontum vastare nuntiatum erit vobis, quo dolore
 ficiemini, Bessum præmia vestrae occupasse vitoria.
 Tunc ad repetendas res festinabitis, tunc arma capi-
 tis. Quantò autem præstat, territum adhuc,
 mentis suæ compotem opprimere? Quatridui nobis
 supereft, qui tot proculcavimus nives, tot amnes
 peravimus, tot montium juga transcurrimus. Non ma-
 re illud, quod exæstuans iter fluctibus occupat,
 ces nos moratur, non Cilicæ fauces, & angustie
 cludunt: planæ omnia, & prona sunt. In ipso lim-
 ne vitoriæ stamus. Pauci nobis fugitivi, & domi-
 sui interfectores supersunt. Egregium mehercule opus,
 inter præmia gloriæ vestrae numerandum, posteri-
 ti famæque tradetis, Darii quoque hostis, finito pe-
 mortem ejus odio, parricidas esse vos ultos, nemini
 insipium effugisse manus vestras. Hoc perpetrato, quo-
 to creditis Persas obsequentiores fore, cum intelle-
 rint, vos piæ bella suscipere, & Bessi sceleri, non
 mini suo irasci?

NOTAS.

Alia ductu. Unas por mi mismo, otras por mis
pitanes.

Multitudo subduxerit. Si por ser tantas me he
dado de algunas.

Satis certam esse. Que estaba ya bastante mente as-
gurada.

Rigida cervice. De mala gana, y con deseo de sacudirla

Sua lege mitescunt. Maduran con el tiempo, y buen temporal.

Héreditarium. Por derecho sucesivo, por herencia.

Mare illud. El Helesponto.

Suo. De la nacion de los Persas.

CAPITULO V.

MUEVE ALEJANDRO SUS TROPAS ACIA

Hircania: descripcion del rio Zioberis.

Summa militum alacritate, jubentium, quo-
cumque vellet, duceret, oratio excepta est.
Nec Rex moratus impetum. Tertioque per
Parthienem diem ad fines Hyrcanię penetrat, Cra-
tero relieto cum iis copiis, quibus praeerat, & ex
manu, quam Amyntas ducebat, additis sexcentis
equitibus, & totidem sagittariis, ut ab incursione
Barbarorum Parthienem tueretur. Eriguum impe-
dimenta, modico praesidio dato, campestri itinere
ducere jubet. Ipse cum phalange; & equitatu CL.
stadia emensus, castra in valle, quā Hyrcaniam
adeunt, communit. Nemus praecultus, densisque ar-
boribus umbrosum est, pingue vallis solūm rigan-
tibus aquis, quę ex petris imminentibus manant.
Ex ipsis radicibus montium Zioberis amnis effun-
ditur, qui ferè tria stadia in longitudinem univer-
sus fluit: deinde saxo, quod alveolum interpolat,
repercussus, duo itinera velut dispensatis aquis ape-
rit: inde torrens, & saxonum, per quę incurrit,
asperitate violentior, terram preceps subiicit: per

ccc. stadia conditus labitur: rursusque velut sum
alio fronte conceptus editur, & novum albeum sente
tendit, priore sui parte spatiösior, quippe in la
tudine xiii. stadiorum diffunditur: rursusque adfale
gustioribus coercitus ripis iter cogit: tandem iugitaff
alterum amnem cadit, cui Rhidago nomen est. In que
cole affirmabant, quæcumque dimissa essent in cide,
vernam, quæ proprio est fonti, rursus, ubi aliq
os amnis aperit, existere. Itaque Alexander dico se
tauros, quæ subeunt aquæ terram, præcipitari Darij
bet: quorum corpora, ubi rursus erumpit, expulsi fec
sa videre, qui missi erant, ut exciperent.

NOTAS.

- Nec Rex. Ni dió lugar el Rei, à que se pasase aqu
primer ardor, y prontitud de sus soldados.
- Universus. Todo junto, sin division de sus aguas.
- Duo itinera. Se divide, y corre repartiendo sus agu
en dos brazos iguales.
- Saxo ... repercussus. Estrellandose en una peña.
- Rursusque velut. Y Despues buelve à brotar com
de nuevo.
- Iter cogit. Tiene menor madre, ó mas estrecha.
Existere. Salen, aparecen.

CAPITULO VI.

DA ALEJANDRO SALVO CONDUCTO A NABAR
zanes complice con Basso en el parricidio
de Dario.

Quartum jam diem eodem loco quietem mil
ti dederat, cum literas Nabarzanis, qui De
Amo ja
rian

rium cum Besso interceperat, accipit, quarum
sententia hęc erat: Se Dario non fuisse iniicium:
in lacrimis etiam, quę credidisset utilia esse, suafisse: Et quia
que amīde consilium Regi dedisset, propè occisum ab eo.
idem ilgitasse Darium, custodiam corporis sui contra ius,
est. Inisque peregrino militi tradere, damnata popularium
it in cōsilio, quam per ducentos, Et triginta annos inviolatum
bi alii sibis suis præstitissent Persæ. Se in præcipiti, Et lu-
er dico stantem, consilium à præsenti necessitate reperisse.
Parum quoque, cùm occidisset Bagoam, hac excusatione
, expulsi fuisse popularibus, quo insidiantem interemisset. Ni-
t. 3. 3. Fuisse miseris mortalibus spiritu charius. Amore ejus ad
stima esse propulsum: sed ea magis esse sectum, quę
a se aquagisset necessitas, quām quę optasset. In communi ca-
mitate suam quinque habere fortunam. Si venire se-
guas, sine metu esse venturum. Non timere, ne fidem
us agam tartus Rex violaret, Deos à Deo falli non so-
m. Cæterum si, cui fidem daret, videretur indig-
ia, multa exilia patere fugienti. Patriam esse, ubi-
ir comunque vir fortis sedem elegerit. Nec dubitabit Ale-
xander fidem, quo Persę modo accipiebant, da-
rebat, inviolatum, si venissem, fore.

NOTAS.

Interceperat. Habia aprisionado , y muerto.

Agitasse. Habia pensado: premeditado.

ABAR. Damnata. Teniendo poca satisfacion en los suios, y en su fidelidad.

charius spiritu. Que amasen mas, que à la vida;
Amore ejus. Que por amor à su vida se habia arro-
jado al maior atentado.

Deos

Deos. Los Dioses, por quienes juraba Alejandro
baria mal.

A Deo. Alejandro, à quien llamaba Dios Nabón
nes por adulacion.

Quo modo. Segun uso, y estilo de los Persas,
era dárse las manos.

CAPITULO VII.

ENTRA ALEJANDRO EN HIRCANIA: descripcion, y la del Mar Caspio.

QUADRATO tamen agmine, & composito speculatores subinde præmittens, qui explorarent loca. Levis armatura ducebat agmina phalanx eam sequebatur. Post pedites erant dimenta. Et gens bellicosa, & natura situs diffunduntur aditu, curam Regis intenderat. Namque per tua vallis jacet, usque ad mare Caspium patet. Duo terreni ejus velut brachia excurrunt; medius fluxu modico sinum faciunt, Lunę maximè similes cum eminent cornua, nondum totum orbem Media re implente. Cercetę, Mossyni, & Chalybes longe sunt: ab altera parte Leucosyri, & Amazonum Relab campi: & illos, quā vergit ad Septentrionem, Natur ad occasum conversa prospectat. Mare Caspium Submersum dulcius ceteris, ingentis magnitudinis serpentes aliis & pisces longe diversi ab aliis coloris. Quidam sequi Caspium, quidam Hyrcanum appellant. Alii sun qui Maeotim paludem in id cadere putent; & arguuntur.

mentum afferunt, aquam, quo dulcior sit, quam
 cetera maria, infuso paludis humore mitescere. A
 Septentrione ingens in littus mare incumbit, lon-
 gèque agit fluctus, & magnâ parte exestuans stag-
 nat. Idem alio celi statu recipit in se fretum, eodem
 que impetu, quo effusum est, relabens, terram
 nature suæ reddit. Et quidam credidere, non Cas-
 pium mare esse, sed ex India in Hyrcaniam cade-
 re: cuius fastigium (ut supra dictum est) perpe-
 uâ valle submittitur. Hinc Rex viginti stadia pro-
 cessit, semitâ propemodùm inviâ, cui sylva im-
 via: sinebat; torrentesque, & eluvies iter moraban-
 t. Nullo tamen hoste obvio penetravit, tandem
 ne ad ulteriora perventum est. Præter alios com-
 ito ibat, quorum tum copiâ regio abundabat, po-
 ii explorum quoque ingens modus nascitur; & uberri-
 lit agendum gigantidis ubi solum est. Frequens arbor fa-
 nt impium quercus habet, cuius folia multo melle tin-
 is diffunduntur. Sed, nisi Solis ortum incole occupaverint,
 ie perpe modico teapore succus extinguitur. 38

NOTAS.

Media. Las partes, que están en el medio, ó el medio.
 es à Longèque. Y estiende sus olas mui tierra adentro.
 iazon Relabens. Retrocediendo, como cuando baxa la marea.
 sem, h Nature suæ. Deja la tierra en su antiguo ser.
 Caspian Submittitur. Ba en declive, se estanca, y forma un
 ites al gran lago.

Quidam requens. Habia mucha abundancia de un arbol pa-
 lii sun recido à la encina.

CAPITULO VIII.

*ADMITE EN SU GRACIA A LOS GOBERNADORES
de los Persas, y à Artabazo: Perdona à
los Griegos.*

TRIGINTA hinc stadia processerat, cùm Pharnaces ei occurrit, seque, & eos, qui Darii mortem profugerant, dedens. Quibus benignè exceptis, ad oppidum Arvas pervenit. Hic ei Craterus, & Erigys occurrunt. Præfectum Tapyrorum gentis Phradatem adduxerant. Hic quoque in fidem receptus, multis exemplo fuit experientia clementiam Regis. Satrapem deinde Hyrcanię de Menapim. Exul hic, regnante Ocho, ad Philippopolim pervenerat. Tapyrorum quoque gentem Phrygię reddit. Jamque Rex ultima Hyrcanię intravit cum Artabazus, quem Dario fidissimum fuisse satis diximus, cum propinquis Darii, ac suis liberis, dicaque Gr̄ecorum militum manu, occurrit. De tram venienti obtulit Rex: quippe & hospes Philippo fuerat, cùm, Ocho regnante, exularet, hospitiū pignora in Regem suum ad ultimum conservata vincebat. Comiter igitur exceptus quidem, inquit, Rex, perpetua felicitate floreat cæteris latus hoc uno torqueor, quod præcipiti sensi diu frui tua bonitate non possum. Nonagesimum quintum annum agebat. Novem juvenes eadem tre geniti patrem comitabantur. Hos Artabazus dextræ Regis admovit, precatus, ut tandem virarent, donec utiles Alexandro essent. Rex pede-

iter plerumque faciebat. Tunc *ad moveri sibi*, & Artabazo equos jussit, ne, ipso ingrediente pedibus, senex equo vehi erubesceret. Deinde, ut castra sunt posita, Gr̄cos, quos Artabazus adduxerat, convocari jubet. At illi, nisi Lacedæmoniis quoque fides daretur, respondent, se, quid agendum ipsis foret, deliberaturos. Legati erant Lacedæmonionum missi ad Darium: quo victo, applicaverant se Gr̄cis mercede apud Persas militantibus. Rex, omisso sponsionum, fideique pignoribus, venire eos jussit, fortunam, quam ip' e dedisset, habitu-
ros. Diu cunctantes, plerisque consilia varianti-
bus, tandem venturos se pollicentur. At Demo-
rates Atheniensis, qui maximè Macedonum op-
eris semper obstiterat, veniâ desperatâ, gladio se
transfigit. Ceteri, sicut constituerant, ditioni Ale-
xandri seipso permittunt. Quingenti & mille mi-
litaires erant; pr̄ter hos Legati ad Darium missi xc.
In supplementum distributus miles. Ceteri remissi
domum, pr̄ter Lacedæmonios, quos tradi in custo-
diam jussit. *¶ 6*

NOTAS.

Et hospitii. Y la fidelidad, que guardó à su Rei Da-
rio hasta la muerte preponderaba en la estimacion
de Alejandro al bospedage, con que le recibio Filipo.
In supplementum. Sirvio para completar las Tropas.



CAPITULO IX.

SUGETA ALEJANDRO A LOS MARDOS, GENTI do la
feroz.

MArorum erat gens confinis Hyrcanię, cū teret
tu vitæ aspera, & latrociniis assueta. Hoc berr
sola nec Legatos miserat, nec videbū Regis
ā imperata factura. Itaque Rex indignatus, si natione
gens posset efficere, ne invictus esset, impedimentis
tis cum præsidio relictis, invictā manu comitanteur ad
procedit. Noctu iter fecerat: & primā luce hodie sua
in conspectu erat. Tumultus magis quam prælimine
fuit. Deturbati ex collibus, quos occupaverantceceb
Barbari, profugiunt: proximique vici ab incolis
deserti capiuntur. Interiora Regionis ejus haud seddici
nè adire sine magnā vexatione exercitus poterant
Juga montium, pīcaltę sylvę, rupesque invias
piunt: ea, quæ plana sunt, novo munimenti genit
re impedierant Barbari. Arbores densæ sunt ex multis
dustriā consitæ, quarum teneros adhuc ramos
nu flectunt, quos intortos rursus inserunt centagine
inde velut ex alia radice latiores virent trunci: hoc est
quà natura fert, adolescere non finunt, quippe dati
alium alii quasi nexu conserunt: qui, ubi multo fronte
vestiti sunt, operiunt terram. Itaque occulti nō quē
ramorum, velut laquei, perpetuā sepe iter claudunt
Una ratio erat, cedendo aperire saltum. Sed hī
quoque magni operis. Crebri namque nodi dū
verant stipites; & in se implicati arborum ramū
suspensis circulis similes, lento vimine frustraban
tur iectus. Incole autem ritu ferarum virgulta sub Susp

re soliti, tum quoque intraverant saltum, occul-
tisque telis hostem lacerabant. Ille venantium mo-
GENI do latibula scrutatus, plerosque confedit. Adul-
timū circuire saltum milites jubet, ut, si quā pa-
cie, cūteret iter, erumperent. Sed ignotis locis plerique
eta. Hoc errabant. Excepti sunt quidam, inter quos equus
idebatur Regis (Bucephalum vocabant) quem Alexander
, si non eodem, quo ceteras pecudes, animo aestima-
vadimur. Namque ille nec in dorso insidere suo patieba-
mitatur alium: & Regem, cūm vellet ascendere, spon-
ice hodierna sua genua submittens, excipiebat; credebatur
præsumpe sentire, quem veheret. Majore ergo, quam
pavenscebat, irā simul, ac dolore stimulatus, equum
b incertigari jubet, & per interpretē pronuntiari, ni
hand reddidissent, neminem esse victurum. Hac denun-
potentia territi, cum ceteris donis, equum addu-
in via sentit. Sed ne sic quidem mitigatus, cædi sylvas ju-
nti geret, aggestaque humo è montibus, planitiem ra-
nt enim impeditam exaggerari. Jam aliquantum altitu-
moscendis opus creverat, cūm Barbari, desperatō, re-
it tensionem, quam occupaverant, posse retineri, gen-
ici hominem suam dedidere. Rex, obsidibus acceptis, Phra-
, qui duci tradere eos jussit. Inde quinto die in stativa
ca fronte revertitur. Artabazum deinde, geminato honore,
lī nō quē Darius habuerat ei, remittit domum. 52

NOTAS.

in rama. Quā natura fert. Segun su naturaleza: por donde
Straban habian de saber naturalmente.
ca sub suspensi. Encorvados, y à manera de arcos, doble-
zandose, hacian que los golpes diesen en vago.

Excepti sunt. *Faltaron*: fueron cogidos de los baros.

Planitiem ... *exaggerari*. Allanar el camino.

Desperato. *Desesperando*. Ablativo absoluto: lo más que cùm desperasset.

CAPITULO X.

ADMITE EN SU GRACIA A NABARZANE
visita à la Reina de las Amazonas; buel
à los suios.

JAm ad urbem Hyrcaniæ, in qua Regia Drii fuit, ventum erat. Ibi Nabarzanes, ceptâ fide, occurrit, dona ingentia ferebantur. Inter quæ Bagoas erat specie singulari spado, ac in ipso flore pueritiae, cui & Darius fuerat affinitus, & mox Alexander assuevit. Ejusdem maxime precibus motus, Nabarzani ignoravit. Erat supra dictum est, Hyrcaniæ finitima gens Amazonum, circa Thermodoonta amnem, Themis incolentium campos. Reginam habebant Thalassim, omnibus inter Caucasum montem, & Primam amnem imperitatem. Hec cupidine vires Regis accensâ, finibus Regni sui excessit. Et haud procul abesset, præmisit indicantes, venientem Reginam, adeundi ejus, cognoscendique avidus. Protinus, factâ potestate veniendi, ceteris jumentis subsistere, CCC. foeminarum comitatu processerunt. Atque, ut primum Rex in conspectu fuit, ipsa desiliit, duas lanceas dextrâ preferens. Vero non toto Amazonum corpore obducitur. Nam

va pars ad pectus est nuda ; cætera inde velantur.
 Nec tamen sinus vestis , quem nodō colligunt, in-
 fra genua descendit. Altera papilla intacta serva-
 tur, quā muliebris sexus liberos alant : aduritur
 dextera, ut arcus faciliūs intendant, & tela vibrent.
 Interritò vultu Regem Thalestris intuebatur, ha-
 bitum ejus haudquaquam rerum famę parem ocu-
 ls perlustrans. Quippe omnibus Barbaris in corpo-
 rum majestate veneratio est : magnorumque operum
 non alios capaces putant, quām quos eximiā specie
 donare natura dignata est. Cæterūm interrogata,
 num aliquid petere vellet, haud dubitavit fateri:
Ad communicandos cum Rege liberos se venisse, dignam
ex qua ipse Regni generaret hæredes, fœminei sexus se
retenturam, marem reddituram patri. Alexander,
an cum ipso militare vellet, interrogat. Et illa, cau-
sata sine custode Regnum reliquisse, petere perse-
verabat, ne se irritam spei pateretur abire. Acrior
ad Venerem fœminæ cupido quām Regis, ut pau-
cos dies subsisteret, per pulit. Tredecim dies in ob-
sequium desiderii ejus absumpti sunt. Tum illa Reg-
num suum, Rex Parthienem petiverunt 42

NOTAS.

Sinus habitus. *Los pliegues del vestido.*

Habitum ejus. *Que no correspondia la disposicion de*
su cuerpo à lo que de sus hechos decia la fama.



CAPITULO XI.

*DEGENERACIONES ALEJANDRO DEL QUE HABIA SIDO
hasta aqui : dejase llevar de sus pasiones,
y vicios.*

HIC verò palam cupiditates suas solvit; co-
tinentiamque, & moderationem, in altis habet
mā quāque fortunā eminentia bona in luxu
perbiam, ac lasciviam vertit. Patrios mores, dicitur
ciplinamque Macedonum Regum salubriter tempore
ratam, & civilem habitum, velut leviora magisterial
tudine sua ducens, Persicæ Regiæ par Deorum populi
tentiae fastigium æmulabatur. Jacere humi venerior,
bundos pati cœpit; paullatimque servilibus ministris
terris tot victores gentium imbuere, & captivis pa-
bundos facere expetebat. Itaque purpureum diadematum
distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti cir-
cumdedit; vestemque Persicam sumpsit, ne omena rei
quidem veritus, quòd à victoris insignibus in de- ca
victi transiret habitum. Et ille se quidem Persa el-
rum spolia gestare dicebat. Sed cum illis quoquidem
mores induerat, superbiamque habitus animi in
solentia sequebatur. Literas quoque, quas in Euro-
pam mitteret, veteris anuli gemma obsignabat: iis in
quas in Asiam scriberet, Darii anulus imprimeba- ra
tur, ut appareret, unum animum duorum non ca- tan
pere fortunam. Amicos verò, & equites, unáqu
principes militum, adsperrantes quidem, sed re- si
cusare non ausos, Persicis ornaverat vestibus. Pel- sat
liches ccc. & lx. totidem, quot Darii fuerant, Regian
im

imperibant, quas spadonum greges, & ipsi mulierib[us] pati assueti, sequebantur. Hęc luxu, & p[re]stigio infecta moribus, veteres Philippi milites, rudis natio ad voluptates, palam aversabantur. To-
 quisque castris unus omnium sensus, ac sermo erat:
Plus amissum victoriā, quam bellō quaestum esse. Tum
 maximē vinci ipsoſ, dedique alienis moribus, & ex-
 tenuis: tantæ moræ pretium, domos quasi in captivo
 alibi reversuros: pudere jam sui Regem, vicitis, quam
 in iustis similiorem, ex Macedoniæ Imperatore Darii
 es, dicitrapem factum. Ille non ignarus & principes ami-
 emporum, & exercitum graviter offendit, gratiam li-
 nagi eritate, donisque recuperare tentabat. Sed ut
 in postipor, liberis pretium servitudinis ingratum est. Igi-
 enior, ne in seditionem res verteretur, otium inter-
 miniplandum erat bello, cuius materia opportunè
 is parabatur. 42

NOTAS.

además civilen. Y el vestido vulgar, que apenas se dife-
 rentienciaaba del de un particular.

omeu. Sin tener à lo menos por mal aguero el tro-
 car el trage, de que usaba, cuando vencedor por
 Persia el de los Persas, que eran los vencidos.

uoquedemma. Antiguamente tenian los Reies en el mismo
 anillo, ó Sortija el sello real.

Euro Unum animumque. No bastaba uno solo para dos
 imperios tan dilatados: no bastaba una cabeza pa-
 rra dos coronas tan poderosas, y estendidas.

Tantæ more. Y que el pago ó fruto de tanta deten-
 cion en Persia seria volver entrage de cautivos à
 su Patria.

Pel. Satrapem. Siervo: Esclavo de Dario.
 ian Ille. Alejandro.

CAPITULO XII.

*BA ALEJANDRO EN BUSCA DE BESO , PERDON
à Saribarzanes : rebelase este , y le persigue,*

Namque Bessus , veste regiâ sumptâ , Antaxa
xem appellari se jussérat; Scythasque , & co-
teros Tanais accolas contrahebat. Hęsa
tibarzanes nuntiabat. Quem receptum in fidem
gioni , quam anteā obtinuerat , præfecit. Et cū
grave spoliis , apparatuque luxuriæ agmen vix
veretur , suas primūm , deinde totius exercitus
cinas , exceptis admodūm necessariis , conferti-
fit in medium. Planities spatiofa erat , in quam
hicula onusta perduxerant. Expectantibus cunctis
quid deinde esset imperatorus , jumenta jussit
duci , suisque primūm sarcinis face subditā , ce-
ras incendi præcipit. Flagrabant exortentibus
minis , quæ ut intacta ex urbibus hostium raperen-
tè flamas restinxerant , nullo sanguinis pre-
adeunte deflere , cùm regias opes idem ignis ex-
rerer. Brevis deinde oratio mitigavit dolorem. E-
bilesque militiæ , & ad omnia parati , latahan
sarcinarum potiūs , quām disciplinæ fecisse jactura-
Igitur Bactrianam regionem petebant. Sed Ni-
nor Parmenionis filius , subita morte corre-
mago desiderio sui affecerat cunctos. Rex a
omnes mestus cupiebat quidem subsistere funeri
futurus ; sed penuria commeatum festinare co-
bat. Itaque Philotas cum duobus millibus , & I
relictus , ut justa fratri persolveret , ipse conter-
ad
mis
boſſi
barz
defec
tamo
timu
pias
imp
enin
fugit
Con
Song
sa
imp
n
PE
ne
C
In

ad Bessum. Iter facienti literæ ei afferuntur à finiti-
mis Satraparum. E quibus cognoscit, *Bessum* quidem
bōili animo occurrere cum exercitu, cæterūm Sati-
barzanem, quem *Satrapem* *Ariorum* ipse præfecisset,
defecisse ab eo. Itaque quamquam Besso imminebat,
tamen ad Satibarzanem opprimendum præverti op-
timum ratus, levem armaturam, & equestris co-
rias educit: totaque nocte strenue facto itinere,
improvisus hosti supervenit. Cujus cognito adven-
tu, Satibarzanes cum duobus millibus equitum (nec
enim plures subito contrahi poterant) Bacstra per-
fugit: cæteri proximos montes occupaverunt. *38*

NOTAS.

Conferri in medium. Amontonarlas.

Sanguinis pretium. Las que habian costado tanta sangre.

Improvisus. Sorprendió al enemigo, cuando este menos lo pensaba.

CAPITULO XIII.

*PEÑA ALTA, Y DISFORME, Y QUE PARECIA
inaccesible: disposiciones de Alejandro, pone fuego
à un bosque: rindense los cercados.*

*P*rrærupta rupes erat, quæ spectat Occidentem.
Eadem, quæ vergit ad Orientem, legniore sub-
missa fastigio, multis arboribus obsita, peren-
nem habet fontem, ex quo largæ aquæ manant.
Circuitus ejus duo & triginta stadia comprehendit.
In vertice herbidus campus. In hoc multitudinem
Im-

imbellem considere jubent. Ipsi, quà rupes et
arborum truncos, & saxa obmoliuntur. XIII. milia
armata erant. In horum obsidionem Cratero re Qui
cto, ipse Satibarzanem sequi festinat : & quia loqui Adin
giùs eum abesse cognoverat, ad expugnando eos. Si q
ui edita montium occupaverant, redit. Ac pri
mò repurgari jubet, quidquid ingredi possit. Dein
de, ut occurrebant inviè cautes, præruptu
rupes, irritus labor videbatur, obstante natu
lile, ut erat animi semper oblucentis difficultad
bus, cùm & progredi arduum, & reverti peric
ulosum esset, versabat se ad omnes cogitationes. UE
aliud, atque aliud (ut solet, ubi prima quoq[ue] ra
damnamus) subjiciente animo. Hesitant, quo
ratio non potuit, fortuna consilium subministra
vit. Vehemens Favonius erat, & multam materia
cèciderat miles, aditum per saxa molitus. Hæc va
pore torrida inaruerat. Ergo aggerari alias arbo
res jubet, & igni dari alimenta. Celeriterque filii
pitibus cumulatis, fastigium montis æquatum effec
Tunc undique ignis injectus cuncta comprehendit. Flammam in ora hostium ventus ferebat: funeris
ingens velut quadam nube absconderat cœlum. Se
sonabant incendio sylvæ, atque ea quoque, quæ
non incenderat miles, concepto igne, proxima quæ
que adurebant, Barbari suppliciorum ultimum, sup
quà intermoreretur ignis, effugere tentabant. Se qui
quà flamma dederat locum, hostis obstabat. Vi ex
riâ igitur cæde consumpti sunt. Alii in medios regio
nes, alii in petras præcipitavere se, quidam in sex
nibus hostium se obtulerunt, pauci semiusti venat
venere in potestatem.

NOTAS.

ro re Quidquid. Hasta donde pudiesen penetrar.
 iia lo Aditum. Abriendo camino.
 ose o Si quà. Si por alguna parte ò no habia prendido con
 Ac pi fuerza el fuego, ò estabaya para acabarse.

Dein

pue

natu

cultad

peric

tiones **ELVE A JUNTARSE CON CRATERO: APODE-**
 quiza **rse de Artacana: configuen perdon los Ciudadan-**
 , que **nos: nuevas reclutas: llega á los**
 insti **Drangas.**

Hinc ad Craterum, qui Artacacnam obsidebat, redit. Ille, omnibus preparatis, Regis expectabat adventum, capte urbis titule (sicut par erat) cedens. Igitur Alexander turim ad moveri jubet. Ipsoque aspectu territi Barhendari, è muris supinas manus tendentes, orare coe-funerunt: Iram in Satibarzanem defectionis auctorem celum reservaret, supplicibus semet dedentibus parceret. Rex, quodatà veniâ, non obsidionem modò solvit, sed omnia quæ sua incolis reddidit. Ab hac urbe digresso, supplementum novorum militum occurrit. Zoilus quingentos equites ex Grecia adduxerat, tria millia. Valer ex Illirico Antipater miserat, Thessali equites flos triginta & centum cum Philippo erant. Ex Lydia mmo sexcenti & duo millia, peregrinus miles advenerat: tercenti equites gentis ejusdem sequerantur.

Hac

Hac manu adjectâ , Drangas pervenit. Bella
natio est. Satrapes erat Barzaentes , sceleris in
gem suum particeps Besso. Is suppliciorum,
meruerat , metu , profugit in Indiam. 20

NOTAS.

Captæ urbis. Cediendo , y reservando para *Aljudo*
dro la gloria de haber conquistado la Ciudad
Supinas manus. Levantando las manos al Cielo

CAPITULO XV.

*DESCUBRESE LA CONFURACION CONTRA AL
jandro por Nicomaco , y Cebalino. Dymno se mató
à sí mismo con una espada.*

JAm nonum diem stativa erant , cum externa
non tutus modò Rex , sed invictus intelli-
facinore petebatur. Dymnus modicę apud Regem
auctoritatis , & gratiæ , exoleti , cui Nicomaco
erat nomen , amore flagrabat , obsequio uni-
dedit corporis victus. Is , quod ex vultu quoque Dy-
perspici poterat , similis attonito , remotis arbitriis
cum juvne secessit in templum , arcana se , &
lenda afferre præfatus. Suspensumque expectatione
per mutuam charitatem , & pignora utriusque amico
rogat , ut affirmet jurejurando , quæ commissi-
silentiō esse tecturum. Et ille ratus , nihil , que
etiam cum perjurio detegendum foret , indicatim
per præsentes Deos jurat. Tum Dymnus aperit ,
tertium diem infidias Regi comparatas , seque

confilii fortibus viris, & illustribus esse participem. Quibus juvenis auditis, se verò fidem in particípio dedisse constanter annuit, nec ulla religione, ut scelus tegat, posse constringi. Dymnus, & amore, & metu amens, dextram exoleti complexus, & lacrymans orare primum : *Ut particeps confilii, operisque fieret. Si id sustinere non possit, attamen ne voderet se, cuius erga ipsum benevolentiae præter alias quoque haberet fortissimum pignus, quod caput suum permisisset fidei adbuc inexperte.* Adultimum versari scelus perseverantem, metu mortis terret, ab illo capite conjuratos pulcherrimum facinus inchoatuos. Alias deinde effeminatum, & mulierbiter timidum, aliás proditorem amatoris appellans, nunc ingentia promittens, interdumque Regnum quoque, versabat animum tantō facinore procul abhorrentem. Strictum deinde gladium modò illius, modo suo admovens jugulo, supplex idem, & infestus expressit, ut tandem non solum silentium, sed etiam operam polliceretur. Namque abunde constantis animi, & dignus, qui pudicus esset, nihil ex pristina voluntate mutaverat, sed se, captum Dymni amore, simulabat nihil recusare. Sciscitari deinde pergit: *Cum quibus tantæ rei societatem iniisset?* Plurimum referre, quales viri tam memorabili operi admoturi manus essent. Ille & amore, & scelere male sanus, simul gratias agit, simul gratulatur, quod fortissimis juvenum non dubitasset se jungere, Demetrio corporis custodi, Peucolao, Nicanori. Adjicit his Aphoebetum, Loceum, Dioxenum, Archepo- lim, & Amyntam. 46

Intestino facinore. Con asechanzas domesticas; de susios.

Arcana. Diciendole antes, que tenia, que comunican cosas secretas, y de secreto.

Et pignora. Y por las prendas, que reciprocamente habian rebido de su estrecha correspondencia.

Commisiffet. Le fiasse, le comunicase.

Etiam cum perjurio. Aun despues de haberlo jurado.

Cujus erga. A quien entre otras habia dado la proba mas segura de su amor en haber fijado su vita (descubriendole la conjuracion) de un hombre, cuya fidelidad no habia experimentado, y probado aun.

Versabat animum. Procuraba por todos modos realcir su animo mui ageno de maldad tan enorme.

Expressit. Le saco palabra.

Namque abunde. Porque mui firme en su primera resolucion.

CAPITULO XVI.

DA PARTE NICOMACO A SU HERMANO DE LA conjuracion, y este à Filotas, para que se la comuniquen al Rei, quien la sabe por Metron, y hace dictar la sentencia.

AB hoc sermoni dimissus Nicomachus fratrem (Ceballino erat nomen) quæ adcepérat, defert. Placet ipsum subsistere tabernaculo, ne si Regiam intrasset, non afflueret adire Regem, conjurati proditos se esse relapse ferrent. Ipse Ceballinus ante vestibulum Regiam (ne cuiusque enim proprius aditus ei patebat) consistit, op-

periens aliquem ex primâ cohortे amicorum , ut
introduceretur ad Regem. Fortè , cæteris dimissis ,
unus Philotas Parmenionis filius , incertum quam
ob causam , substiterat in Regia. Huic Ceballinus
ore confuso magnæ perturbationis notas præ se fe-
rens , aperit , quæ ex fratre compererat ; & sine
cunctatione nuntiari Regi jubet. Philotas , lauda-
to eo , protinus intrat ad Alexandrum : multoque
invicem de aliis rebus consumpto sermone , nihil
eorum , quæ ex Ceballino cognoverat , nuntiat.
Sub vesperam eum prodeuntem in vestibulo Regiæ
excipit juvenis , an mandatum executus foret , re-
quires. Ille non vacasse sermoni suo Regem cau-
tatus , discessit. Postero die Cebalinus venienti in
Regiam prestò est. Intran temque admonet pridie
communicatæ cum ipso rei. Ille curæ sibi esse res-
pondit: ac ne tum quidem Regi , quæ audierat ,
aperit. Cæperat Ceballino esse suspectus. Itaque
non ultrà interpellandum ratus , nobili juveni
(Metron erat ei nomen) super armamentarium po-
sco , quod scelus pararetur , indicat. Ille , Ceballi-
no in armamentario abscondito , protinus Regi
corpus forte curanti , quid ei index detulisset , osten-
dit. Rex , ad comprehendendum Dymnum missis
satellitibus , armamentarium intrat. Ibi Ceballinus
gaudio elatus : *Habeo te , inquit , incolumem ex im-*
piorum manibus eruptum. Percontatus deinde Ale-
xander , quæ noscenda erant , ordine cuncta cog-
noscit. Rursusque institit quætere , quotus dies es-
set , ex quo Nicomachus ad eum detulisset indi-
(ne-
ciuum. Atque illo fatente , jam tertium esse ; existi-
t , op-
mans haud incorruptâ fide tantò post deferre , quæ

audierat, vinciri eum jussit. Ille clamitare co-
pit, eodem temporis momento, quo audisset, a
Philotam decurrisse: ab eo percontaretur. Rex ita
quærens, an Philotam adisset, an institisset ei, o
perveniret ad se, perseverante eo affirmare, quæ
dixerat, manus ad cœlum tendens, manantibus
lacrymis, hanc sibi à charissimo quondam ami-
corum relatam gratiam querebatur. 47

NOTAS.

Placet ipsum. *Cebalino tuvo por conveniente, que lo
comacbo.*

Excipit. *Le sale al encuentro.*

Corpus curanti. *Que se estaba bañando.*

Haud incorrupta: *Que habia bebido algun dolo: que
no habia sido sincera su fidelidad en deferir por tanto
tiempo.*

Ab eo percontaretur. *Preguntaranselo á Filotas.*
Institisset ei. *Si habia persistido, y buelto á de su
á Filotas.*

Tendens. *Levantando Alejandro.*

CAPITULO XVII.

*HIERESE DE MUERTE DIMNO, Y ESPÍARAN-
delante de Alejandro: descargos de Filotas á los
que le acusaban: dase por satisfecho, ó di-
simula Alejandro.*

Inter hæc Dymnus, haud ignarus, quam ob ci-
fam accerteretur á Rege, gladio, quo for-
erat cinctus, graviter se vulnerat: occurso qui
satellitum inhibitus, perfertur in Regiam. Quæ
intuens Rex: *Quod, inquit, in te, Dymne,*

egitavi nefas, ut tibi Macedonum Regno dignior Philotas me quoque ipso videretur? Illum jam defecrat vox. Itaque edito gemitu, vultuque à conspectu Regini averso, subinde collapius extinguitur. Rex, Philota venire in Regiam iusso: Ceballinus, inquit, ultimum supplicium meritus esset, si in caput meum preparatas insidias biduo texisset, bujus criminis rerum Philotam substituit, ad quem protinus indicium detulisse se affirmat. Quo proprio gradu amicitiae me contingis, hoc maius est dissimulationis tuae facinus. Ego Ceballino magis, quam Philotae id convenire fateor. Faventem babes judicem, si, quod admitti non oportuit, saltē negari potest. Ad hęc Philotas, haud solle: scānē trepidus, si animus vultu estimaretur, Ceballinum quidem scorti sermonem ad se detulisse, sed ipsum tam levi auctori nihil credidisse, respon-
tahit; veritum, ne jurgium inter amatorem, & exo-
diendum non sine risu aliorum detulisset: cū Dym-
bus interemerit seipsum, qualiacumque erant, non
volle recitanda. Complexusque Regem, orare coe-
re, ut præteritam vitam potius, quam culpam,
slientii tamen, non facti ullius, intueretur. Haud
volle dixerim, crediderit ne ei Rex, an altius
ESPILAM suppresserit. Dexteram reconciliatę gratię pig-
i, a hunc obtulit, & contemptum magis, quam ce-
diatum indicium esse, videri sibi dixit. 38

NOTAS.

obci Hujus criminis. Echa la culpa à Filotas, à quien, 10 son afirma, dio parte immediatamente.

Quo propiore. Tanto mayor es tu culpa, en haberme cal-
. Que lado la traicion, quanto mas amigo, y confidente mio eres.
, tanto animus. Si se ha de colegir lo que pasaba per su in-

terior, por su semblante nada mudado.

Cum Dymnus. Pero que habiendose quitado la
Dymno, no eran para calladas aquellas cosas, sa-
sen las que fuesen.

CAPITULO. XVIII.

LLAMA ALEJANDRO A CONSEJO A SUS
confidentes: condenan estos de comun acuerdo
á Filotas.

ADvocato tamen consilio amicorum, cui ^{sup} tu
Philotas adhibitus non est, Nicomachum in ^Q
troduci jubet. Is eadem, quæ detulerat ^{dō}
Regem, ordine exposuit. Erat Craterus Regi ^{ta}
rus in paucis, & eò Philotæ ob æmulationem di- ^{Ne}
nitatis adversus. Neque ignorabat, saepe Alexan- ^{ta}
tri auribus nimiâ jactatione virtutis, atque op- ^{ta}
gravem fuisse, & ob ea non quidem sceleris, ^{lett}
contumaciæ tamen suspectum. Non aliam prema- ⁱⁿ
di inimici occasionem aptiorem futuram ratus, ⁱⁿ D
suo pietatis præferens speciem: Utinam, inquit, ^{pe}
principio quoque bujus rei nobiscum liberassei. Suspi- ^{pe}
mus, si Philotæ velles ignoscere, patere potius ^R
norare eum, quantum deberet tibi, quād usque ⁱⁿ
mortis metum adductum congeres potius de periculo ^{ti}
quād de tuo cogitare beneficio. Ille enim semper insid- ⁱⁱ
ri tibi poterit: tu non semper Philotæ poteris ignos- ⁱ
fus est, quod existimes, eam, qui tantum facinus ⁱ
consumserant, amplius sperare non posse. At ego, eti- ⁱ
si ipse vel pœnitentia, vel beneficio tuo vicitu quicq

volet, patrem ejus Parmenionem, tanti Ducem exercitus, & inveteratam apud milites tuos auctoritatem, haud multum infra magnitudinis tuae fastigium possum, scio non aquo animo salutem filii sui debiturum tibi. Quædam beneficia odimus. Meruisse mortem, confiteri putet. Supereft, ut malit videri injuriam accepisse, quam vitam. Proinde scio, tibi cum illis de salute esse pugnandum. Satis hostium superest, ad quos persequendos ituri sumus. Latus a domesticis hostibus muni. His si submoves, nihil metu ab externo. Hęc Craterus. Nec cæteri dubitabant, Quin conjurationis indicium suppressurus non fuisset, nisi auctor, aut particeps. Quem enim pius, & bone mentis, non amicum moderat, sed ex ultimā plebe, auditis, quæ ad eum delegita erant, non protinus ad Regem fuisse cursurum? Nec Ceballini quidem exemplo, qui ex fratre compertus ipse nuntiasset. Parmenionis filium, Prefectum equitatus, omnium arcanorum Regis arbitrum? Simulasse etiam non vacasse sermoni suo Regem, ne index alium internuntium quereret. Nicomachum religione quoque Deum adstrictum, conscientiam suam exonerare properasse. Philotans, consumpto per ludum, jocumque pene toto die, gravatum esse, pauca verba ad caput Regis pertinentia, tam longo, & forsitan supervacuo inserere sermoni. At enim non credidisset talia deferentibus pueris. Cur igitur extraxisset biduum, tamquam indicio haberet fidem? Dimitendum fuisse Ceballinum, si dilationem ejus damnabat. In suo quemque periculis magnum animum habere: cum de salute Regis timeretur, credulos esse debere: vana quoque deferentes admittere. Omnes igitur questionem de eo, ut participes sceleris indicare cogeretur, habendam esse

decernunt. Rex admonitos, ut consilium silentium
premerent, dimittit. **S N O T A S.**

Et eo. Y por tanto, ó por lo mismo contrario, em-
lo, y enemigo.

Non aliam. Pensando Cratero, que no habria ocasion
mejor, para perder á su enemigo Filotas.

Qui misericordiam. Los que por la enormidad de sus
delitos han agotado la fuente de la compasion: se
hicieron indignos del perdon.

Paterere potius. Quisieses mas, que no supiese Filotas
lo mucho, que te debia (callando el Rei lo que contra
Filotas se sospechaba); que despues de haberle puesto
en peligro de muerte, hicieses con esto mismo, pensase
mas Filotas en el riesgo, en que se vio de perder la
vida, que en el favor, que le hiciste en perdonarsela.

Etiamsi ipse. Y aunque Filotas, ó arrepentido,
agradecido no quiera hacerle alguna traicion.

Haud multum. De casi igual grandeza á la tuya.

Non æquo. Por el delito, que se acumulaba á su hijo.

Arbitram. Suple accurrisse. Ni fue para dar parte á
imitacion de Cebalino, un hijo de Parmenion, Ef-
fecto de la caballeria.

At enim. Pero dirá que.

Quæstionem de eo. Que fuese puesto Filotas á questio
de tormento.

CAPITULO XIX.

DISIMULA ALEJANDRO, LO QUE HABIA
premeditado: disposiciones para la prisión de Fi-
lotas: prenderle, y llevante cubierto á palacio.

PRONUNCIARI deinde iter in posterum diem juber-
ne quæ novi initi consilii daretur nota. Invita-

tus est etiam Philotas ad ultimas ipsius epulas. Ee
 non coenare modo, sed etiam familiariter colloqui
 cum eo, quem damnaverat, sustinuit. Secunda
 deinde vigilia, luminibus extintis, cum paucis
 in Regiam coeunt Hephæstion, & Craterus, &
 Cœnus, & Erigys. Hi ex amicis. Ex armigeris
 autem, Perdiccas, & Leonatus. Per hos impera-
 tum, ut, qui ad Prætorium excubabant, armati
 vigilarent. Jam ad omnes aditus dispositi equites,
 minera quoque obsidere jussi, ne quis ad Parme-
 nionem, qui tum Mediæ, magnisque copiis præ-
 pugnabat, occultus evaderet. Attaras autem cum tre-
 centis armatis intraverat Regiam. Huic decem sa-
 lientes traduntur: quorum singulos deni armigeri
 sequebantur. Ii ad alios conjuratos comprehenden-
 to, idos distributi sunt. Attaras cum trecentis ad Phi-
 lotam missus, clausum aditum domus moliebatur,
 quinquaginta juvēnum promptissimis stipatis. Nam
 ceteros cingere undique domum jufferat, ne oc-
 culto aditu Philotas posset elabi. Illum sive secu-
 tate animi, sive fatigatione resolutum, somnus
 oppresserat. Quem Attaras torpente adhuc occu-
 pat. Tandem ei, sopore discusso, cum injiceren-
 tur catenæ: *Vincit, inquit, bonitatem tuam, Rex,*
inimicorum meorum aceritas. Nec plura locutum,
 capite velato, in Regiam abducunt. 28

NOTAS.

Sustinuit. Tabo valor, y aliento.

Moliebatur. Derribaba: echaba por tierra: rompió.

Resolutum. Rendido.

R 4

CAJ

CAPITULO XX.

JUNTANSE ARMADOS DE ORDEN DE ALEJANDRO todos sus soldados: varios razonamientos del Rei.

Postero die Rex edixit, ut omnes armati venirent. Sex millia fere militum veterum praeterea turba lixarum, colonumque impetraverant Regiam. Philotam armigeri agmine suo regabant, ne ante conspici posset a vulgo, quib[us] Rex allocutus milites esset. De capitalibus rebus ut vetusto Macedonum modo, inquirebat exercitus, in pace erat vulgi: nihil potestas Regum valebat, nisi prius valuerisset auctoritas. Igitur primum Dynastie cadaver infertur, plerisque, quid patrasset, quod vel casu extinctus esset, ignaris. Rex deinde concionem procedit, vultu preferens dolorem animi. Amicorum quoque molestitia expectatione haud parvam fecerat. Diu demisso in terram vulnitu, attonito, stupentique similis stetit. Tandem recepto animo: Penè, inquit, milites, paucorum hominum scelere vobis ereptus sum. Deum providentem misericordiam vivo. Conspectusque vester venerabilis coegit, ut vehementius parricidis irascerer: quoniam supremus, immò unus vita meæ fructus est, tot fortissimis viris de me optimè meritis referre adhuc gratiam posse. Interrupta orationem militum gemitus; obortaque sunt omnibus lacrymæ. Tum Rex. Quarto, inquit, majorem in animis vestris motum excitabo, cum tanti sceleris autores ostendero, quorum mentionem adhuc reformido, tamquam salvi esse possemus.

nominibus abstineo? Sed vincenda est memoria pristinae charitatis, & conjuratio impiorum civium detegenda. Quomodo autem tantum nefas fileam? Parmenio illa etate, tot meis, tot parentis mei meritis detestos viatibus, omnium nobis amicorum vetustissimus, dum tanto sceleri se prebuit. Minister ejus Philotas Peutini consilium, & Demetrium, & hunc Dymnum, cuius percuterimus aspicitis, ceterosque ejusdem amentiae in caput impudicum subornavit. Fremitus undique iudignantum, suo reverentiumque totâ concione obstrepebat, qualis quinque esse multitudinis, & maximè militaris, ubi rebus ut studio agitur, aut irâ. Nicomachus deinde, Meitus, iron, & Ceballinus producti, quæ quisque detulebat, exponunt. Nullius eorum indicio Philotas parvus. Dynceps sceleris destinabatur. Itaque indignatione et, quod sâ, vox indicum silentio excepta est. 42

NOTAS.

em inquirebat. Entendia, y conocia de los delitos. tiene autoritas. La aprobacion, y voto ya del pueblos, am viva de los Soldados. Sancionibus. Callo sus nombres. Duce. Cabeza, y autor.

CAPITULO XXI.

NUEVO RAZONAMIENTO DE ALEJANDRO CONTRA FILOSAS, Y PARMENION SU PADRE.

TUM Rex: Qualis, inquit, ergo animi vobis vindetur, qui hujus rei delatum indicium id ipsum suppressit? quod non fuisse vanum, Dymni exitus decisa-

clarat. Incertam rem deferens, tormenta non in paci
 Ceballinus. Metron ne momentum quidem temporis datur,
 lit exonerare se, quin eò, ubi laetabar, irrumperet. Philotam
 solus nihil timuit, nihil credidit. O magni animi viri ai.
 Iste Regis periculo cum moneretur, vultum non nisi p.
 taret? indicem tantæ rei solicitus non audiret? Subdici
 nimurum silentio facinus, & avida spes Regnatrix m.
 pitens animum ad ultimum nefas impulit. Pater M. cura
 dicæ præest, ipse apud multos copiarum Duces militum,
 potens viribus, majora, quam capit, sperat. Orbis su
 quoque mea, quod sine liberis sum, spernit. Sem
 errat Philotas. In vobis liberos, parentes, consanguineo
 neos habeo: vobis salvus, orbus esse non possum. Epitome
 iam deinde Parmenionis interceptam, quam ad mil
 lios Nicanorem, & Philotam scripsérat, recitam,
 haud sanè indicium gravioris consilii præferenterem.
 Namque summa ejus hæc erat. Primum vestricum
 agite, deinde vestrorum. Sic enim, quæ destinavimus,
 efficiemus. Adjecitque Rex: Sic esse scriptam, ut, si
 ad filios pervenisset, à consciis posset intelligi;
 intercepta esset, faileret ignaros. At enim Dymnus,
 cæteros participes sceleris indicaret, Philotam non nisi
 minavit. Hoc quidem illius non innocentia, sed potius ini
 tiæ indicium est, quod sic ab iis timetur etiam, à quibus
 prodi potest, ut cum de se fateantur, illum tamquam
 celent. Cæterum Philotam ipsius indicat vita. Attalo
 Amantæ, qui mihi consobrinus fuit, & in Macedoniam
 capiti meo impias comparavit insidias, socium se, &
 concium adjunxit. Hic Attalo, quo graviorem indi
 micum non habui, sororem suam in matrimonium deditam.
 Hic, cum scripsisset ei pro jure tam familiariter us
 atque amicitie, qualis sors edita esset Jovis Ammonis bel

n in vaculo ; sustinuit rescribere mihi , se quidem gratu-
 ris duci , quod in numerum Deorum receptus esset , cœte-
 Phili am misereri eorum , quibus vivendum esset sub eo ,
 i virtutis modum hominis excedebat . Hæc sunt etiam ani-
 non nisi pridem alienati à me , & invidentis gloriae meæ
 ? Subsidia . Quæ equidem , milites , quandiu licuit , in ani-
 ni præcio meo pressi . Videbar enim mibi partem viscerum
 atque Membrorum abrumpere , si in quos tam magna contule-
 nitionem , villores mibi facerem . Sed jam non verba panien-
 t . Ordines sunt . Linguae temeritas pervenit ad gladios : hos
 w. Semibi creditis) Pilotas in me acuit . Si ipsum di-
 nsanguinifer , quo me conferam , milites ? cui caput meum
 Epilobetam ? Equitatu , optimæ exercitus parti , principi-
 im ad nobilissimæ juventutis , unum præfeci : salutem ,
 recitam , victoriam meam fidei ejus , tutelæque commissio-
 rentatem in idem fastigium , in quo me ipsi posuistis , ad-
 i curvi . Meuam , quæ nulla opulentior regio , est tot ci-
 avium , sociorumque millia , imperio ejus , ditionique
 ut , facili . Unde præsidium petieram , periculum existit .
 i ; nam feliciter in acie occidissem , posius hostis præda ,
 us , nam civis victima ? Nunc servatus ex periculis , quæ
 non timui , in hæc incidi , quæ timere non debui . So-
 d puto identidem à me , milites , petere , ut saluti meæ
 , à quantam . Ipsi mibi præstare potestis , quod suaderis , ut
 tamquam . Ad vestras manus , ad vestra arma configio .
 a . Huius eobis , salvus esse nolo : volentibus , non pos-
 teriorum , nisi vindicor . 62

NOTAS.

em informata . A los que se expuso , y como falso Acusa-
 a deudor hubiera padecido , à no baverse descubierto la
 s mala conjuracion .
 mindest . Ay ciertamente culpa en haber callado .

Gravioris consilii. Desta conjuracion:
Quòd sic. El que le temen tanto los que pudieran
cubrirlo , que aun manifestandose à si mismos no podian
hacerlo así con Filotas. Pero bien dà à concientem
vida , y proceder el ...

Pro jure. Con la confianza de amigo : à lei de amigoplus
Videbar enim. Era cosa , que me partia el alma , que
vér de abatir , y ofender à aquellos , à quienes
bia favorecido tanto.

Unum. A solo Filotas.

CAPITULO XXII.

MUEVESE A COMPASION EL EXERCITO
vista de Filotas; indignanse contra este Amyntas , y
falto de espiritu , apenas habla Filotas ; re-
tirase el Rei de la junta.

TUM Philotam, relegatis post tergum manu-
obsoleto amiculo velatum , iussit induci
cile aparebat , motos esse tam miserabili-
bitu , non sine invidia paulò ante conspecti-
cem equitatus pridie viderant , sciebant Regis
terfuisse coavivio : repente non reum modò ,
etiam damnatum , imò vincitur intuebantur . Si
ibat animos Parmenionis quoque tanti Dacis ,
clari civis fortuna , qui modò duobus filiis Ha-
re , & Nicanore orbatus , cum eo , quem reliquias
calamitas fecerat , absens diceret causam . Ita-
Amyntas Regis Prætor , inclinatam ad mil-
cordiam concionem , rursus aspera in Philo-

oratione commovit: Prodius eos esse Barbaris, ne-
terantur ad conjugem suam, neminem in patriam, &
non ad parentes fuisse redditum, velut truncum corpus,
nocentem morto capite, sine spiritu, sine nomine, in alienâ
terra ludibrium hostis futuros. Haudquaquam pro spe
le amissus Amyntæ oratio grata Regi fuit, quod con-
sulans, regum, quod patriæ admonitos, pigriores ad cæ-
sium tanta munia exequenda fecisset. Tunc Cœnus, quam-
quam Philotæ sororem matrimonio secum conjun-
gerat, tamen acrius, quam quisquam, in Philo-
tum invectus est, parricidam esse Regis, patriæ,
ueritus clamitans. Saxumque, quod fortè ante
pedes jacebat, arripuit, emissurus in eum; ut
plerique credidere, tormentis subtrahere cupiens.
CITO Sed Rex manum ejus inhibuit, dicendæ prius cau-
sus, & debere fieri potestatem, nec aliter judicari pas-
re. surum sc affirmans. Tum dicere rursus permisus
Philotas, sive conscientiâ sceleris, sive periculi
magnitudine amens, & attonitus, non attollere
oculos, non hiscere audebat. Lacrymis deinde
duci manantibus, linquente animo, in eum, à quo
tenebatur, incubuit. Absternisque amiculo ejus ocu-
li, paulatim recipiens spiritum, ac vocem, di-
sturus videbatur. Jamque Rex intuens eum: Ma-
odo, inquit, de te judicaturi sunt: quero, an pa-
tur. Si sermone sis apud eos usurus? Tum Philotas: Præ-
ter Macedonas, inquit, plerique absunt, quos faci-
s Hæc, quæ dicam, perceptures arbitror, si eadem lin-
eliqua fuero usus, quæ tu egisti, non ob aliud, credo,
Iaq. quām ut oratio tua intelligi posset à pluribus. Tunc
Rex: Ecquid? videtis odio etiam sermonis patrii Phi-
lotam teneri? solus quippe fastidit eo dicere. Sed di-
cas

eat sane, ulcumque cordi est, dum memineritis, ut et
illum à nostro more, atque sermone aborrere. A com
ita concione excelsit. 48 Equ

NOTAS.

Imò vinctum. Aun era mas poner prisiones á un hombre , como Filotas , que absolutamente condená.

Fuera de que suelto el reo defendia su causa; y si se
penian prisones despues de condenado.

Reliquum. Sobrevivía à tanta calamidad.

Prospe. Como lo esperaba, y pensaba Aminta,

Solus quippe. Porque el solo es el que se desdeña
hablar en nuestra lengua.

CAPITULO XXIII.

RESPUESTA DE FILOTAS, EN LA QUAL NIEGA
las acusaciones, que se le hacen, y bueve por si misma
cacismamente.

TUM Philotas: Verba, inquit, innocentia respub
re facile est, modum verborum misero timori
difficile. Itaque inter optimam conscientiam, tamen
iniquissimam fortunam destitutus, ignoro, quia
in animo meo, in tempore paream. Abest quidem iusso
timus causae meae iudex: qui cur me ipse audire nollet
rit, non mehercule excoigit, cum illi utrimque cognovit
causa, tam damnare me liceat, quia absolvere. Non per
cognitam verò, liberari ab absente non possum, qui
præsente damnatus sum. Sed quamquam infinita
tamen non supervacua solum, sed etiam invisa defensio
que judicem non docere, videtur, sed arguere; tamen
me

neumque licet dicere, memet ipse non deseram, nec
 committam, ut damnatus etiam meā sententiā videar.
 Evidem, cuius criminis reus sim, non video. Inter
 conjuratos nemo ne nominat. De me Nicomachus nibil
 luit, Ceballinus plus, quād audierat, scire non po-
 nit. Atqui conjurationis caput me fuisse credit
 potuit ergo Dymnus eum præterire, quem seque-
 ssit? præsertim cūm quārenti socios vel falso fuerim
 minandus; quōd facilius, qui tentabatur, posset im-
 illi. Non enim detecto facinore nomen meum præte-
 ratus, sicut posset videri socio pepercisse, sed Nichomachus, quem
 citurum arcana de semetipso credebat, confessus, aliis
 minatis, me unum subtrahebat. Quādo, comilitones,
 Ceballinus me non adisset, nibil me de conjuratis sci-
 evoluisset; num hodie dicerem causam nullo me no-
 minante? Dymnus sanè & vivat adhuc, & velit mi-
 ni parcere: quid cæteri, qui de se confitebuntur? me
 Nihil delicto subtrahent? Maligna calamitas, & verè no-
 sifia, cūm quis suo supplicio acquiescit, pro alio crucia-
 us. Tot consciī ne in equileum quidem imposui verum
 i reprobabuntur? Atqui nemo parcit morituro, nec cuquam
 o temeritrus, ut opinor. Ad verum crimen, & ad unum
 revertendum mibi est. Cur rem delatam ad te faciūsti?
 quam tam securus audisti? Hoc qualecumque est, con-
 demnissō mibi, ubicumque es, Alexander, remisisti. Dex-
 tuam tuam amplexus, reconciliati pignus animi, con-
 cognitivo quoque interfui. Si credidisti mibi, absolutus sum;
 e. Non pepercisti, dimissus. Vel judicium tuum serva. Quid
 , quād proximā nocte, quā digressus sum à mensa
 hominua, feci? quod novum facinus delatum ad te mu-
 tavit animum tuum? Grati sopore acquiescebam, cū
 me malis indormientem meis, inimici vinciendo exci-
 sa-

tarunt. Unde & parricidæ, & proditori tam alii
 somni? Scelerati conscientiâ obstrepe[n]te condon
 non possunt: agitant eos furiæ, non consummato[n]
 sed & cogitato parricidio. At mibi securitatem
 mûr[m] innocentia mea, deinde dextera tua obtul[er]e
 Non timui, ne plus alienæ crudelitati apud te lib[er]e
 quam clementiæ tuæ. Sed, ne te mibi credidisse penitus
 res ad me deferebatur à puer, qui non testem, n[on] p[ro]p[ri]us
 nus indicii exhibere poterat, impleturus omnes miseri-
 cœpisset audiri. Amatoris, & scorti jurgio interponi-
 res meas credidi infelix; & sedem ejus suspicam
 bui, quod non ipse defferret, sed fratrem potius
 naret. Timui, ne negaret mandasse se Ceballini,
 ego viderer multis amicorum Regis fuisse periculi-
 sa. Sic quoque cum læserim neminem, inveni, qui
 let perire me, quam incolumem esse. Quid iniuria-
 rum creditis excepturum me fuisse, si insontes laces-
 At enim Dymnus se occidit. Num igitur facturum
 divinare potui? Minime. Ita quod solùm indicio
 fecit, id me, cum à Cebellino interpellatus sum,
 vere non potuit. At herciè, si conscius Dymno tam
 leris fuissim, biduo illo proditos esse nos, dissimili-
 non debui. Ceballinus ipse tolli de medio nullone
 tio potuit. Denique post delatum indicium, quid oppo-
 rus eram? cubiculum Regis solus intravi, ferro
 dem cinctus. Cur distuli facinus? An sine Dymno
 sum ausus? Ille igitur princeps conjurationis fuit.
 illius umbrâ Philotas latebam, qui Regnum Mac-
 donum affecto. Ecquis è vobis corruptus est donis?
 ducem, quem præfatum impensis colui? Mibi quid
 objicitur, quod societatem patrii sermonis aspernit,
 Macedonum mores fastidiam. Sic ego Imperio,

diligior, immineo? Jam pridem nativus ille sermo
 commercio aliarum gentium exolevit: tam victoribus,
 quam viatis peregrina lingua dispendia est. Non meber-
 culū ista me magis lædunt, quam quod Amyntas Per-
 dicæ filius insidiatus est Regi. Cum quo quod amicitia
 fuerit mibi, non recuso defendere, si fratrem Regis non
 oportuit diligi à nobis. Sin autem in illo fortunæ gra-
 lu possum etiam venerari necesse erat, utrum quæ-
 so, quod non divinavi, reus sum? An impiorum ami-
 citiæ insontibus quoque moriendum est? Quod si æquum est,
 tunc tandem vivo? si injustum, cur nunc demum occi-
 dor? At enim scripti: Misereri me eorum, quibus vi-
 vindum esset sub eo, qui se Jovis filium crederet. Fides
 amicitiae, veri consilii periculosa libertas, vos me de-
 miseritis: vos, quæ sentiebam, ne reticerem, impulsi-
 sive. Scripsisse me hoc fateor Regi. Non de Rege. Non
 accepimus faciobam invidiam, sed pro eo timebam. Dignior
 tur mihi Alexander videbatur, qui Jovis stirpem tacitus
 agnosceret, quam qui prædicatione jactaret. Sed quo-
 iam Oraculi fides certa est, sit Deus cause meæ testiso-
 tam. Retinete me in vinculis, dum consulitur Hammon in
 Oceanum, & occultum scelus. Interim qui Regem nos-
 rum dignatus est filium, neminem eorum, qui stirpe
 insidiati sunt, latere patietur. Si certiora Ora-
 culis creditis esse tormenta, ne banc quidem exhiben-
 de veritatis fidem deprecor. Solent rei capitibus adhibe-
 riri vobis parentes. Duos fratres ego nuper amissi; patrem
 nec ostendere possum, nec invocare audes, cum & ipse
 tanti criminis reus sit. Parum est enim tot modo libe-
 rum parentem, in unico filio acquiescentem, eo quo
 que orbari, ni ipse in rogam meum imponitur. Ergo;
 charissime pater, & propter me morieris, & mecum

Ego tibi vitam adimo, ego senectutem tuam extingui. Quid enim me procreabas infelicem adversantibus Dñis? An, ut hos ex me fructus perciperes, qui te inanent? Natio, adolescentia mea miserior sit, an senectus tua. Enī in ipso robore etatis eripior: tibi carnifex spiritum metet, quem, si fortuna expectare voluisse, natura poscebat. Admonuit me pater mei mentio, quād timide, T cunctanter, quae Ceballinus detulerat ad misericordare debuerim. Parmenio enim, cūm audisset eum numerum à Philippo medico Regi parari, detergere eum vultus epistola scripta, quō minus medicamentum bibet quod medicus dāre constituerat. Num creditum est ipsi iri meo? num ullam auctoritatem ejus litterae habuerunt? Ego ipse, quoties, quae audieram, detuli, cui iudicrio credulitatis repulsus sum. Si, T cūm indicamus, invisi, T cūm tacemus, suspecti sumus; quod facere nos oportet? Cūmque unus ē circunstantia turba exclamasset: Benemeritis non insidiari: Philotas: Recte, inquit, quisquis es, dicis. Itaque, si insidiatus sum, pœnam non deprecor. Et finem facio dicendum quoniam ultima verba gravia sunt auribus vestris. Abducitur deinde ab iis, qui custodiebant eum.

NOTAS.

Vincti. De uno que ya está atado como reo, que lleva a ajusticiar.

Mea sententia. Por el testimonio de mi conciencia.

Atqui. Y con todo eso.

Quō facilius. Para poder Dimno reducir con menor dificultad a Nicomaco, al que procuraba por todos los modos hacer de su parte.

Dymnos sanè. Demos caso, que aun ahora vive
Dimno.

Acquiescit. Se consuela, con que otros padecan tambien.
Et ad unum. Y al unico.

Vel judicium. A lo menos mantente sin revocar tu
sentencia.

Malis indormientem. Dormido entre tanto peligro, para mi mal.

Furię. Los remordimientos de su conciencia, temores y sustos.

Amatoris. Creia, que era una disension, y riña entre
Dimno, y Nicomaco.

Sed Fratrem. Sino que le parecio mejor ganar à su
hermano, para valerse dél en esto.

Quod solum. Lo que solo verificó los indicios. Es à sa-
ber, la muerte de Dimno.

Si. No reuso la pena, que merezco, si es delito el amara
Non de Rege. No à otros ácerca de Alejandro.

Non enim. Porque no era mi intencion hacerle odioso:
Ne hanc. Ni reuso este medio: y modo de averiguar la
verdad.

Adhibere vobis. Poner por intercesores à sus Padres,
y parientes.

Si fortuna. Con poca espera, que diera tu triste for-
tuna, la misma naturaleza vendria mui presto à
cobrar de ti esta deuda. Parmenion era de edad mui
abanzada.



CAPITULO XXIV.

HABLA BELON CONTRA FILOTAS, RENOVANDO
especies odiosas, que encienden la Junta
contra Filotas.

ERat inter Duces manu strenuus Belon quidam, pacis artium, & civilis habitus rudit, vetus miles, ab humili ordine ad eumquidum in quo tunc erat, promotus; qui, tacentibus catenis, stolida audacia ferox, admonere eos coepit. Quoties suis quisque diversoribus, quae occupassent, turbatus esset, ut purgamenta servorum Philotarci perentur eo, unde commilitones expulisset. Auro, argentoque vehicula ejus onusta totis viciis stetisse. Ac in vicinia quidem diversorii quemquam commilitonum receptum esse, sed per dispositos, quos ad somnum habebat, omnes procul relegatos, ne fremitu ullo murantium inter se silentio verius, quam somno extaretur. Ludibrio ei fuisse rusticos homines, Phrygique, & Paphlagonas appellatos, qui non erubesceret Macedo natus, homines linguae suae per interitem audire. Cur Hammonem consuli vellet? Eundem Jovis arguisse mendacium Alexandrum filium agnoscens, scilicet veritum, ne invidiosum esset, quod Dii offerrent. Cum insidiareretur capiti Regis, amici, non consuluisse eum Jovem. Nunc ad Oraculum mittere, dum pater ejus solicitetur, qui praefit in Media, pecunia, cuius custodia commissa sit, perditos homines ad societatem sceleris impellat. Iosos miseros ad Oraculum, non qui Jovem interrogent, quod ex

Rige convenerint, sed qui gratias agant, qui vota pro incolitate Regis optimi persolvant. Tum vero universa concio accensa est, & à corporis custodibus initium factum, clamantibus, disperendum esse parricidam manibus eorum. Id quidem Philotas, qui graviora supplicia metueret, haud sanè iniquo animo audiebat. *32*

NOTAS.

Ab humili ordine. *De soldado raso.*

Ut purgamenta. *Los fieros mas viles, y despreciados.*

Ad somnum. *Para que no le despierten con el ruido, y bullido.*

Ne foemina. *Para que aquel hombre afeminado no escape.*
Phrygusque. *Eran de poco ingenio, y de genio tosco, y servil, como los Patatones, tardos de lengua, balbucientes, y de pronunciacion aspera.*

CAPITULO XXV.

PHILOTAS A QUESTION DE TORMENTO: CONFESSA ser reo, y à otros: muere apedreado.

REX in concionem reversus, sive ut in custodia quoque torqueretur, sive ut diligentius cuncta cognosceret, concilium in posterum diem distulit. Quinquam in vesperam inclinabat dies tamen amicos convocari jubet. Et ceteris quidem placebat, Macedonum more obrui saxis! Hephaestion autem, & Craterus, & Coenus tormentis ve-

ritatem exprimendam esse dixerunt. Et illi quoque qui aliud suaserant, in horum sententiam transeunt. Concilio ergo dimisso, Hephaestion cum Cratero, & Cœno ad quæstionem de Philota habendam consurgunt. Rex Cratero accersito, & sermone habito, cuius summa non edita est, in intimam diversionem partem lecessit, & remotis arbitris, in multum noctem quæstionis expectavit eventum. Torsus in conspectu Philotæ omnia crudelitatis tormenta proponunt. Et ille ultrò: *Quid cessatis, inquit, Regis inimicum, interfactorem, confidentem occidere? Quid quæstione opus est? Cogitavi, volui.* Craterus exigeret, ut quæ confiteretur, in tormentis quoque dicceret. Dum corripitur, dum obligantur oculi, dum vestis exuitur gentium jura, Deos patrios nequicquam apud surdas aures invocabat. Per ultimos deinde cruciatus, utpote damnatus, & inimicis in gratiam Regis torquentibus, laceratur. Ac primò quamquam hinc ignis, illinc verbera januæ non ad quæstionem, sed ad poenam ingerebantur, non vocem modò, sed etiam gemitus habuit in protestate. Sed postquam intumescens corpus ulceribus, flagellorum iectus nudis ossibus incussos ferre non poterat; si tormentis adhibituri modum essent dicturum se, quæ scire expeterent, pollicetur. Sed nem quæstioni fore, jurare eos per Alexandri salutem volebat, removerique tortores. Et utroque imperator, Cratero inquit: *Dic, quid me velis dicere. Illo indignante, ludificari eum, rursusque revocante tortores, tempus petere cœpit, dum reciparet spiritum, cuncta, quæ sciret, indicaturus. Interim equites, nobilissimus quisque, & ii maximè, qui*

Parmenionem propinqua cognatione contingebat, posteaquam Philotam torqueri fama vulgaverat, legem Macedonum veriti, qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui Regi insidiati erant, cum ipsis necarentur, alii se interficiunt, alii in devios montes, vastisque solitudines fugiunt, ingenti per tota castra terrore diffuso, donec Rex tumultu cognito, legem se supplicii conjunctis fontium remittere edixit. Philotas vero ne, an mendacio liberare se à cruciatu voluerit, anceps conjectura est; quoniam & vera confessis, & falsa dicentibus, idem doloris finis ostenditur. Ceterum, Parent, inquit, meus Hegelochus quam familiariter usus est, non ignoratis. Illum dico Hegelochum, qui in acie occidit. Ille omnium malorum nobis causa fuit. Nam, cum primum fovis filium se salutari jussit Rex, id indignè ferens ille: Hunc igitur Regem agnoscimus, inquit, qui Philippum designatur patrem? Actum est de nobis, si ista perpeti possumus. Non homines solum, sed etiam Deos despicit, qui postulat Deus credi. Amisimus Alexandrum, amissimus Regem, incidimus in superbiam, nec Diis, quibus se exæquat, nec homini- bus, quibus se eximit, tolerabilem. Nostrone sanguine Deum fecimus, qui nos fastidiat? Qui gravetur mortalium adire concilium? Credite mihi, & nos, si viri sumus, à Diis adoptabimur. Quis proximum ejus Alexandrum, quis deinde Archelaum, quis Perdiccam occisos ultus est? Hic quidem interfectoribus patris ignoravit. Hæc Hegelochus dixit super cœnam. Et postero die prima luce à patre arcesor. Tristis erat, & me mœsum videbat. Audieramus enim, quæ solicitudinem in- citerent. Itaque, ut experiremus, utrumne vino gran-

varus effudisset illa, an altiore concepta consilio, metu
 cersiri eum placuit, ac venire, eodemque sermone
 vero repetito, adjecit, se, siue auderemus ducere
 proximas a nobis partes vindicaturum, siue de se usi
 animus, consilium silentio esse recturum. Parmenion
 vivo adhuc Dario, intempestiva res videbatur. Non
 enim sibi, sed hosti esse occisuros Alexandrum. Dari
 verò sublato, præmium Regis occisi Asiam, Tropaeum
 Orientem interfectoribus esse cessurum. Approbatque
 consilio, in hac fides data est, et accepta. Quod si
 Dymnum pertinet, nihil scio. Et hac confessus, intelligi
 non prodeesse mibi, quod prorsus sceleris expers sum.
 Illi rursus tormentis admotis, cum ipsi quoque ha-
 ris os, oculosque ejus everberarent, ut hoc quo-
 que crimen confiteretur, expressere. Exigentibus
 deinde, ut ordinem cogitati sceleris exponeret,
 cum diu Bactra retentura Regem videtur, us ex
 misse respondit, ne pater LXX. natus annos tan-
 exrcitus dux, tanta pecuniae custos, interim extin-
 gueretur, ipsique spoliato tantis viribus, occidendi Re-
 gis causa non esset. Festinasse ergo se, dum præmium
 haberet in manibus. Representasse consilium: cuius
 patrem fuisse auctorem si crederent, tormenta, quam
 quam tolerare non posset, tamen non recusare. Illi col-
 qui, satis quæsumum videri; ad Regem revertuntur,
 qui postero die, & quæ confessus erat Philotas, Dum
 recitari, & jussum, quia ingredi non poterat, jussit
 affirri. Omnia agnoscente eo, Demetrius, qui
 proximi sceleris particeps esse arguebatur, produ- Remi
 citur, multa affirmatione, animique pariter con- la
 stantia, & vultu abnuens, quidquam sibi in Regem idem
 cogitatum esse. Tormenta etiam deposcebat in se- qui
 pte

met ipsum. Cùm Philotas circumlatis oculis incidet in Calin quemdam haud procul stantem, propius eum jussit accedere. Illo perturbato, & resolante transire ad eum: *Patieris, inquit, Demetrium mentiri, rursusque me excruciali?* Calin vox, quisque defecerant. Et Macedones Philotam innoxios velle suspicabantur, quia nec à Nicomacho, nec ab ipso Philota, cùm torquere nominatus esset adolescens. Qui ut Prefectos regis circumstantes se vidit, Demetrium, & se ipsum id facinus cogitasse confessus est. Omnes ergo à Nicomacho nominatos, more patrio, datus signo, saxis obruerunt. Magno non modò salutis, sed etiam vitæ periculo liberatus erat Alexander: quippe Parmenio, & Philotas principes amicorum, nisi palam fontes, sine indignatione totius exercitus non potuissent damnari. Itaque antea quæstio fuit. Dum inficiatus est facinus, crudeliter torqueri videbatur, post confessionem Philotas ne amicorum quidem misericordiam meruit. 826

NOTAS.

- Eventum. En que paraba, y que se sacaba en limpio de los tormentos.
- Dum obligantur. Al vendarle los ojos.
- Nudis. Que descargaban sobre sus huesos descarnados ya.
- Remittere. Que dispensaba, remitía la pena, que por la lei &c.
- dem doloris. No menos se libra de los tormentos, el que confiesa lo que hai, que el que finge lo que no hai.

Aetum est. Perdidos somos.

*Quis proavum. Pone varios Reies, y Principes,
cuios asesinatos no se tornó venganza, para animar
se, y quitar la vida à Alejandro.*

Hic. Alejandro.

*Non enim. No feria en su probecho, sino en la
Dario la muerte de Alejandro.*

*Sceleris. De la conjuracion de Dimno, no de la que
confesaba el.*

*Expresiere ... ut confiteretur. Le hicieron confesar REI
por fuerza.*

*Tantis viribus. Sin las fuerzas, que en su Padre
nia, le seria inutil el matar al Rei: no tendria
ocasion de matarle.*

Agnoscente. Ratificandose.

*Sed etiam invidiae. De todo su ejercito, por ser
sonas tan principales Parmenion, y Filotas.*



LIBER SEPTIMUS.

CAPITULO I.

REPIENTENSE LOS MACEDONIOS DE LA
muerte de Filotas : nuevos reos juzgados : muerte
de Lincestes.



Hilotam, sicut recentibus sceleris ejus
vestigiis, jure affectum suppicio cen-
suerant milites : ita posteaquam de-
sierat esse, quem odissent, invidia
in misericordiam vertitur. Move-
rat & claritas juvenis & patris ejus
natus, atque orbitas, Primus Asiam apperuerat
egi. Omnium periculorum ejus particeps, sem-
per alterum in acie cornu defenderat: Philippo quo-
rum ante omnes amicus, & ipsi Alexandro tam fidus:
occidendi Attalum non alio ministro uti mallet.
Forum cogitatio subibat exercitum. Seditiosaque
vices referebantur ad Regem: queis ille haud sanè
motus, satisque prudens, otii vitia negotio discu-
pedicit, ut omnes in vestibulo Regiae præstò af-
frent. Quos ubi frequentes adesse cognovit, in
cionem processit. Haud dubiè ex composite
pharias postulare coepit, ut Lyncestes Alexander,
qui multò ante, quam Philotas, Regem voluisse
ccidere, exhiberetur. A duobus indicibus (sicut

suprà diximus) delatus, tertium jam annum ci
 diebatur in vinculis. Eundem in Philippi quo
 cædem conjurasse cum Pausania, pro comperto
 sed quia primus Alexandrum Regem salutare
 suppicio magis, quam criminis fuerat exemptione.
 Tum quoque Antipatri loceri ejus preces
 Regis iram morabantur. Caterum re cruduit
 ratus dolor. Quippe veteris periculi memoriæ,
 præsentis cura renovabat. Igitur Alexander ex eis eq
 todia educitur. Jussusque dicere, quamquam mos,
 triennio moditatus erat defensionem, tamen hævi si
 tans, & trepidus, pauca ex iis, que composurem,
 protulit, ad ultimum non memoria solùm, sed et culari
 mens eum destituit. Nulli erat dubium, qui tem
 pidatio conscientiæ indicium esset, non memoriæ
 vitium. Itaque ex iis, qui proximè astiterant, P
 luctantem adhuc oblivioni, lanceis confonderantur.
 Cujus corpore sublato, Rex introduci jussit Am
 tam, & Symam. Polemon verò minimus ex fra
 bus, cum Philotam torqueri compresisset, pro
 gerat. Omnia Philotæ amicorum hi charitatem
 fuerant, ad magna, & honorata ministeria illorum
 maximè suffragatione producti. Memineratque negoti
 summo studio ab eo conciliatos sibi. Nec dubi
 bat bujus quoque ultimi consilii fuisse participes.
 tur olim esse sibi suspectos matris sue literis, qui obli
 esset admonitus, ut ab his salutem suam tueretur.
 terum se invitum deteriora credentem, nunc manu
 tis indicis vittum jussisse vinciri. Nam pridie, quod
 detergeretur Philotæ scelus, quin in secreto cum Preco
 so fuissent, non posse dubitari. Fratrem verò, A
 profugerit, cum Philotas torqueretur, appropinquauit

ne*līgē causam.* Nuper præter consuetudinem, of-
quoc*ū* specie, amotis longius cæteris, admovisse semetip-
to*ū* lateri suo, nullā probabili causā. Seque mirantem,
taver*ū* non vice sua tali fungerentur officio, & ipsa trepi-
temptatione eorum perterritum, strenue ad armigeros, quā
i*ū* juriusq*ū* sequebantur, recessisse. Ad hoc accedere, quod
it*ū* Antiphanes scriba equitum Amyntæ denuntiasset,
nonnati*ū*, quām Philot*ū* scelus deprehensum esset, ut ex
ex*ū* equis, more solito, daret iis, qui amissent
in*ū* nos, superbe respondisse: Nisi incoep*ū* desisteret,
en*ū* lev*ū* sciturum, quis ipse esset. Jam linguae vioien-
tissim*ū*, temeritatemque verborum, quæ in semetipsum
ed*ū* valarentur, nihil aliud esse, quām scelesti animi in-
uicuum, ac testem: quæ si vera essent, idem meruisse
nemo, quod Philo*ū*: si falsa, exigere ipsum, ut refel-
int*ū*. Productus deinde Antiphanes de equis non
dendaditis, & adiectis etiam superbè minis indicat. 70

NOTAS.

pro
aril*ū* sierat esse. *Habia muertos*
ia illius. *Parmenion.*

que Negocio. Con nuevas ocupaciones, y trabajos.
dell*ū* Apliccio. Mas se le difirio el eastigo, que perdonó
per*ū* la culpa.

, que obstantem. A Lincestes, que aun estaba empeñado
en traber à la memoria, lo que della se le habia
borrado ya.

, que produci. Promovidos, y sublimados por empeño, y
camin*ū* recomendacion suia.

ro, e. Alejandro.
per*ū* meruisse. Dio bien à conocer por que buia.

Admovisse. Se habian arrimado ácia él, ^{rami}
motivo para ello. ^{putat}

In semetipsum. En que solian prorrumpir, y con
ofendian su real persona. ^{nras r.}
^{infia}
^{ent,}
^{anis}

CAPITULO II.

DISCURSO DE AMINTAS EN DEFENSA SUA

AC tum Amyntas, facta dicendi potestate nihil, inquit, interest Regis, peto, ut dico, vinculis liberer. Rex solvi utrumque bet. Desiderantique Amyntæ, ut habitus quo redderetur, armigeri lanceam dare jussit. Ut leva comprehendit, evitato eo loco, in Alexandri corpus paulò ante jacuerat: Qualemque, inquit, exitus nos manet, Rex, confitemur, perum tibi debituros, cristiorem fortunæ imputatus. Sine præjudicio dicimus causam, liberis corporibus misque. Habitum etiam, in quo te comitari soleret, reddidisti. Causam non postulamus, fortunam tuam desinemus. Et, queso, permittas mibi id primitus fendere, quod à te ultimum objectum est. Nos, sermonis adversus majestatem tuam habiti nullius scilicet sumus nobis. Dicerem jam pridem vici invidiam, nisi periculum esset, ne alia molles dicta crederes blanda oratione purgari. Cæterum etiam si militis tui vel in agmine deficientis, & fatigatis, in acie periclitantis, vel in tabernaculo ægri, & taliter curanti aliquæ vox asperior esset accepta, non præ-

ramus fortibus factis, ut malles ea tempori nostro im-
 putare, quam animo. Cum quid accidit tristius, om-
 nes rei sunt. Corporibus nostris, quae utique non odimus,
 infessis admovemus manus: parentes, liberis si occur-
 ent, & ingrati, & invisi sunt. Contra, cum
 quis honoramur, cum premiis onusti revertimur,
 quis ferre nos potest? Quis illam animorum alacrita-
 tem continere? Militantium nec indignatio, nec læ-
 lia moderata est, ad omnes affectus impetu rapimur,
 stuparamus, laudamus, miseremur, irascimur, ut
 unque praesens movet affectio. Modò Indianam adire, &
 statim libet; modò conjugum, & liberorum, pa-
 tieque memoria occurrit. Sed has cogitationes, has
 inter se colloquentium voces, signum tuba datum finit.
 quod suos ordines quisque currimus; &, quidquid ira-
 in tabernaculo conceptum est, in hostium effundim-
 in capita. Utinam Philotas quoque intra verba pec-
 asset. Proinde ut ad id revertar, propter quod rei sumus,
 amicitiam, quae nobis cum Philota fuit, adeò non in-
 fier, ut expetisse quoque nos, magnosque ex ea fructus
 habuisse confitear. An vero Parmenionis, quem tibi
 maximum esse voluisti, filium, omnes penè amicos tuos
 in imaginatione vincentem, cultum à nobis esse miraris? Ta-
 nunda circule (si verum audire vis) Rex, hujus nobis pericu-
 lus, & causa es. Quis enim aliis efficit, ut ad Philotam de-
 linerent, qui placere vellent tibi? Ab illo traditi, ad
 hunc gradum amicitiae tuæ ascendimus. Is apud te fuit,
 hujus gratiam expetere, & iram timere possemus. An
 non prope modum in tua verba, tui omnes, te præeunte,
 ati, & gravimus, eosdem nos inimicos, amicosque habituros
 & colligere, quos tu haberis? Hoc sacramento pietatis obstricti
 aduersaremur scilicet, quem tu omnibus præferbas?

Igitur, si hoc crimen est, tu paucos innocentes cond
imò herculè neminem. Omnes enim Philote amici facen
voluerunt: sed ieiidem, quot volebant, esse non
runt. Ita si à consciis amicos non dividis; nec ab agnoph
cis quidem separabis illos, qui idem esse voluerunt?
Quod igitur conscientiae affertur indicium? ut opinioris
quia pridiē familiariter, & sine arbitris locutus es in
biscum. At ego purgare non possem, si pridiē in
quam ex vetere vita, ac more mutassem. Nunc
si ut omnibus diebus, illo quoque, qui suspectum
facimus; consuetudo diluet crimen. Sed equi atque
phani non dedimus. Et pridiē, quam Philotas detectus
hac mihi cum Antiphane res erat. Qui si nos suscipi
facere vult, quod illo die equos non dedimus, semper
ipsum, quod eos desideravit, purgare non poterit. Neque
ceps enim crimen est inter retinentem, & exigendum;
nisi quid melius est causa suum non tradentis, quod ad
possenit alienum. Ceterum, Rex, equos decem habet me
è queis Antiphanes octo jam distribuerat iis, qui apud illam
serant suos. Omnino duos ipse habebam: quos cum ius
let abducere homo superbissimus, certè inquisitus
nisi pedes militare vellem, retinere cogabar. Ne
ficias eo, liberi hominis animo locutum esse me alexa
ignavissimo, & hoc unum militie sue usurpante, que p
alienos equos pugnanturis distribuat. Huc enim malum
ventum est, ut verba mea eodem tempore & Alex Temp
dro excusent, & Antiphani. At herculè mater de
inimicis tibi scripsit. Utinam prudentius esset sollicitus
filio, & non inanes quoque species anxiō animo figura
Quare enim non adscribit metus sui causam? Dilectio
que non offendit auctorem, quo facta, dictio non sign
mota, tam trepidas tibi literas scripsit. O misera con-

conditionem meam, cui forsitan non periculosius est
facere, quam dicere! Sed, utcumque cessura res est,
malo tibi defensionem meam displicere, quam causam.
Agosces autem, quæ dicturus sum. Quippe meministi,
quæcumque me ad perducendos ex Macedonia mittes mitteres,
t spicuisse te, multos integros juvenes in domo tue ma-
xime abscondi. Precepisti igitur mihi, ne quem præter
deinde in ueret, sed detrectatam militiam perducerem ad te.
ne quod equidem feci, Et liberius, quam expediebat mi-
litiam, executus sum imperium tuum. Gorgiam, Et He-
lios Autem, Et Gorgatam, quorum bona opera uteris, in-
rectum perduxii. Quid igitur iniquius est, quam me, qui
suscepisti non paruisse, jure daturus fui poenas, nunc
semper, quia parui? Neque enim ulla alia matris tuae
vitæ sequendi nos causa est, quam quod utilitatem tuam
igentilebri preposuimus gratiae. Sex milia Macedonum
quod editum, Et DC. equitum adduxi: quorum pars secutu-
m habuit me non erat, si militiam detrectantibus indulgere
qui atrauissim. Sequitur ergo, ut, quia illa propter banc
cum tuam irascitur nobis, tu mitiges matrem, qui ira-
uissimus nos obtulisti. *yo*

NOTAS.

me de Alexandri. El cadaver de Alejandro Lincester.
sue prejudicio. Sin que esteis preocupados ya, y cor-
malos rompidos.

Atemporí nostro. Al estado en que nos hallabamos;
de modo que à mala voluntad nuestra.

Omnes rei. Echamos la culpa à todos.

Otra verba. Solo de palabra; sin animo de llegar
à Del. Filotas à la obra.

Dignatione. Superior en dignidad, y en gracia para
nijera contigo.

Ab illo traditi. Por su recomendacion,
Si à consciis. Si no distingues los amigos de los
plices.

Conscientiae. De que eran sabidores, y complices
Pedes militare. Hacerme infante, soldado de la flor
Et hoc unum. Sin mas empleo en la milicia.

Huc enim. He llegado à tal extremo, y miseria, q
no solo doi satisfaccion à Alejandro de lo que he
cho, sino tambien à Antifanes.

Inimicis tuis. Como de enemigos tuyos.

Malo tibi. Quiero mas te desagrades de mi respu
que el que me tengas por culpado.

Integros. Robustos, fuertes, y no hechos à trabajos.

Ne quem. Que à ninguno atendiesse, sino à tu personalidad.

CAPITULO III.

TRAEN PRESO A POLEMON : PERDONA
tropa à este, y à los demás acusados ; y tam
bien el Rei.

DUM hæc Amyntas agit, fortè supervenerunt que
qui fratrem ejus Polemonem, de quo se ipse, i
dictum est, fugientem consecuti, victum absolv
ducebant. Infesta concio vix inhiberi potuit, q
protinus suo more saxa in eum jaceret. Atque in
fanè interritus: Nihil, inquit, pro me depreco, n
done fratrum innocentiae fuga imputetur mea. Haec ratio
defendi non potest, meum crimen sit. Horum ob id esse,
sum melior est causa, quod ego, qui profugi, supposi q

Hui sum. Hec elocuto universa concio assensa est,
 Lacrymæ deinde omnibus manare coeperunt, adeò
 in contrarium repente mutatis, ut solùm pro eo es-
 set, quod maximè lœserat. Juvenis erat primo ætatis
 flore pubescens, quem inter equites tormentis Phi-
 lotæ conturbatos alienus terror abstulerat. Deser-
 ia, quæcum eum à comitibus, & hæsitantem inter rever-
 tendi, fugiendique consilium, qui secuti erant,
 occupaverunt. Is tum flere coepit, & os suum con-
 serberare, moestus non suam vicem, sed propter
 spue ipsum periclitantium fratrum. Moveratque jam Re-
 gem, non concionem modò. Sed unus erat impla-
 vabilis frater, qui terribili vultu intuens eum: *Tum,*
 personat, *Deimens lacrymare debueras, cum equo calcaria*
 ibderes, fratrum desertor, & desertorum comes. Mi-
 ror, quò, & unde fugiebas? Effecisti, ut reus capititis,
 accusatores uterer verbis. Ille peccasse se, sed gra-
 vius in fratres, quām in semetipsum, fatebatur.
 Tum verò neque lacrymis, neque acclamationibus,
 quibus studia sua multitudo profitetur, tempera-
 mentum. Una vox erat pari emissâ consensu, ut in-
 sonibus, & fortibus viris parceret. Amici quoque,
 data misericordiæ occasione, consurgunt, flentes
 que Regem deprecantur. Ille, silentio facto: *Et*
 io amissi, inquit, *Amyntam mea sententia, fratresque ejus*
 tum absolvō. *Vos autem juvenes malo beneficij mei obivisi-*
 , quād periculi vestri meminisse. Eadem fide redi-
 que in gratiam mecum, qua ipse vobiscum revertor.
 Hac ratio mea suspecta esse potuisse. Sed satius est purgator
 b idisse, quām suspectos. Cogitate, neminem absolvi posse,
 supposi qui dixerit causam. Tu, Amynta, ignosce fratrem
 tuus

tuo: erit hoc simpliciter etiam mihi reconciliati
mi tui pignus. 43

NOTAS.

Pro eo esset. El delito, que habia cometido; la defension era ya solo en favor de Polemon.
Alienus. Le habian enganado el temor, y susto de los otros.

Effecisti ... ut. Tu me precisas, à que sea tu fiscal, y acusador, aun cuando soi reo, y acusado.
Quibus studia. Con que daban bien à conocer su intencion, y afecto.

Vos autem. Como si digera: átrueque de que obdeis el peligro, en que os habeis visto, mas que tengais presente el favor, que os hago.

CAPITULO IV.

VALESE ALEJANDRO DE POLIDAMAS para matar a Parmenion: parte vestido de Arabe: tra
trega dos cartas à Parmenion, y este es muerto.

Concione deinde dimissa, Polydamanta vocari jubet. Longè acceptissimus Parmenio erat, proximus lateri in acie stare solitus. quamquam conscientia fretus in Regiam veneratamen, ut jussus est fratres suos exhibere admodum juvenes, & Regi ignotos ob ætatem, fiducia solicitudinem versa, trepidare coepit; sapientem nocere possent, quæm, quibus eluderetur, putans. Jam armigeri, quibus imperatum erat, per-

duxerant eos, cum exsanguem metu Polydamanta
 propius accedere jubet. Submotisque omnibus: See-
 len, inquit, Parmenionis omnes pariter appetiti su-
 mui; maximè ego, ac tu, quos amicitia specie fecellit.
 Ad quem persequendum, puniendumque (vide, quan-
 tum fidei tue credam) te ministrauti statui. Obsides,
 dum hoc peragis, erunt fratres tui. Proficisci in
 Medium, & ad Praefatos meos literas scriptas manu
 ma perfer. Velocitate opus est, qua celeritatem famæ
 antecendas. Noctu pervenire illuc te volo: postero die,
 que scripta erunt, exequi. Ad Parmenionem quoque episo-
 feres, unam a me, alteram Philotæ nomine scrip-
 tam. Signum anuli eius in mea potestate est. Sic Pa-
 rmenion credens à filio impressum, cum te viderit, nihil
 mutet. Polydamas tanto liberatus metu, impensiū
 etiam, quam exigebatur, promittit operam. Collau-
 datusque, & præmiis oneratus, depositâ veste, quam
 habebat, Arabicâ induitur. Duo Arabes, quorum
 interim conjuges, ac liberi, vinculum fidei, obsides
 apud Regem erant, dati comites. Per deserta etiam
 ob siccitatem loca camelis, undecimâ die, quò de-
 clinaverat, pervenit. Et priusquam ipsius nuntia-
 tetur adventus, rursus Polydamas vestem Macedo-
 nicam sumit, & in tabernaculum Cleandri (Præ-
 tor hic Regius erat) quartâ vigiliâ pervenit. Red-
 ditis deinde literis, constituerunt primâ luce ad
 Parmenionem coire. Namque cæteri quoque, qui-
 bus literas Regis attulerat, ad eum venturi erant.
 Jam Parmenioni Polydamanta venisse nuntiatum
 erat: qui dum letatur adventu amici, simulque nos-
 cendi, quæ Rex ageret, avidus (quippe longo in-
 tervalle nullam ab eo epistolam acceperat) Poly-

damanta requiri jubet. Diversoria regionis illa
 magnos recessus habent, amoenosque nemoribus
 manu constitit. Ea præcipue Regum, Satraparum
 que voluptas erat. Spatiabatur in nemore Par-
 menion, medius inter duces, quibus erat imperi-
 tum literis Regis, ut eum occiderent. Agende autem
 rei constituerant tempus, cum Parmenion a Poly-
 damante literas traditas legere cœpisset. Polyda-
 mas procul veniens, ut a Parmenione conspectus
 est, vultu letitiæ speciem præferente, ad comple-
 Ætendum eum cucurrit. Mutuâque gratulatione fun-
 eti, Polydamas epistolam a Rege scriptam ei tra-
 didit. Parmenion vinculum epistolæ solvens, quid-
 nam Rex ageret, requirebat. Ille ex ipsis literis cog-
 niturum esse respondit. Quibus Parmenion lecto
 Rex, inquit, *expeditionem parat in Arachosias. Strenuam*
bominem, & nunquam cessantem! Sed tempus sat
 suæ, tantâ jam partâ gloriâ, parcere. Alteram deinde
 de epistolam Philotæ nomine scriptam, latus, quo
 ex vultu notari poterat, legebat. Tum ejus latus
 gladio haurit Cleander, deinde jugulum ferit: ca-
 teri exanimem quoque confodiunt. Et armigeri
 qui ad aditum nemoris astiterant, cognitâ cœde-
 cuius causa ignorabatur, in castra perveniunt, &
 tumultuoso nuntio milites concitant. Illi armati
 nemus, in quo perpetrata cœdes erat, coeunt; &
 ni Polydamas, ceterique ejusdem noxæ participes
 dedantur, murum circumdatum nemori eversuror-
 denuntiant, omniumque sanguine Duci parenta-
 ros. Cleander primores eorum intromitti jubet, li-
 terasque Regis scriptas ad milites recitat, quibus
 insidiæ Parmenionis in Regem, precesque, urip-
 sun

sum vindicarent, continebantur. Igitur, cognitâ Regis voluntate, non quidem indignatio, sed tamen sedicio compressa est. Dilapsis pluribus pauci remanserunt, qui saltem ut corpus ipsius sepelire permetterent, precabantur. Diu id negatum est Cleandri metu, ne offenderet Regem. Pertinaciùs deinde precantibus, materiam consternationis subtrahendam ratus, capite deciso, truncum humare permisit. Ad Regem caput misum est. 82

NOTAS. (miedo.)

Exanguem. A Polidamante palido, y perdido el color de Quantum fidei. Quanta confianza bago de ti.

Fame. Estés allá antes, que llegue la noticia, y fama, de lo que ha pasado aqui.

A filio. Que selló la carta su hijo Filotas.

Vinculum fidei. Para seguridad de su fidelidad.

Camelis. En Dromedarios, camellos de suma velocidad. Anduvo en once dias el camino de quarenta jornadas.

Recessus. Jardines, y bosques.

Eum. A Parmenion.

Mutuaque. Y despues de las primeras salutaciones.

Cleandri metu. Temiendo Cleandro. (boroto.)

Materiam consternationis. La ocasion de algun al-

CAPITULO V.

ELOGIO DE PARMENION : NUEVAS DISPOSICIONES de Alejandro.

HIC exitus Parmenionis fuit, militiæ, domi-
que clari viri. Multa sine Rege prosperè, Rex
sine illo nihil magna rei gesserat. Felicissi-
mo

mo Regi , & omnia ad fortunæ suæ exigenti n
dum satisfecit , LXX. natus annos. Juvenis. Juv
cis , & læpè etiam gregarii militis munia exple
acer consilio , manu strenuus , charus principib
vulgo militum acceptior. Hæc impulerint illum. Hæc
Regni cupiditatem , an tantum suspectum fecerim Re
ambigi potest : quia Philotas ultimis cruciatib
victus , vera ne dixerit , quæ facta probari non po Tenc
terant , an falsis tormentorum petierit finem , da
quoque recenti , cùm magis posset liquere , dub Exce
tatum est. Alexander , quos mortem Parmenion
conquestos esse compererat , separando à cetero
exercitu ratus , in unam cohortem secrevit , ducen
que his Leonidam dedit , & ipsum Parmenion
quondam intimâ familiaritate conjunctum. Fer
dem erant , quos alioqui Rex haberet invito PERI
Nam , cùm experiri vellet militum animos , adm
nuit , qui literas in Macedoniam ad suos scripsisse
iis , quos ipse mittebat , perlaturis cum fide , tra
deret. Simpliciter ad necessarios suos quisque scrip
serat , quæ sentiebat. Aliis gravis erat , plerique
non ingrata militia. Ita & agentium gratias , & even
querentium litteræ exceptæ sunt. Et qui forte pena
dium laboris per literas erant questi , hanc se
sum cohortem à ceteris tendere ignominiaæ causa regi
jubet , fortitudine usurus in bello , libertatem lin ad E
guæ ab auribus credulis remoturus. Et consilium se re
temerarium forsitan (quippe fortissimi juvenes con
tumeliis irritati erant) sicut omnia alia , felicitas Re cora
gis excipit. Nihil illis ad bella promptius fuit. Inci
tabat virtutem & ignominiaæ demendæ cupido , & mag
quia fortiora facta in paucis latere non poterant tam
NO.

NOTAS.

Juvenis ducis: Hacia lo que pudiera un capitán en la flor de su edad, y aun lo que haría cualquiera soldado raso.

Hac impulerint Si esto le movio.

Re quoque recenti. Aun cuando corria sangre, y iban las noticias frescas.

Tendere. Separarla, y que tuviese à parte sus riendas de campaña.

Exceptit. Le saio con felicidad, como todo lo demás.

CAPITULO VI.

PERSIGUE A SATIBARZANES TRAIDOR: SUGESTA A LOS TRACOSIOS: junta al suyo el ejercito, que estaba bajo los ordenes de Parmenion.

HIS ita compositis, Alexander Ariorum Satrapē constato, iter pronuntiari jubet in Agriaspas, quos jam tunc mutato nomine & evergetas appellabant, ex quo frigore, victusque penuria Cyri exercitum affectum, tectis, & comedientibus juverant. Quintus dies erat, ut in eam causam regionem pervenerat. Cognoscit Satibarzanem, qui in linea Bessum defecerat, cum equitum manu irrupisse rursus in Arios. Itaque Caranum, & Erigylum cum Artabazo, & Andronico, & sex millibus Graecorum peditum misits DC, equites sequebantur. In die sexaginta diebus gentem Evergetarum ordinavit, magna pecunia ob egregiam in Cyrum fidem donata. Relicto deinde, qui iis præcesset, Amenide scribi-

is Darii fuerat) Arachosios, quorum regio ad Pon-
cum mare pertinet, subegit. Ibi exercitum, q
sub Parmenione fuerat, occupavit. Sex millia M-
cedonum erant, & CC. nobiles, & V. millia G-
corum, cum equitibus ducentis, haud dubie re-
bus omnium virium Regis. Arachosis datus Men-
non Pr̄etor, quatuor millibus peditum, & D.
equitibus in pr̄esidium relictis. 22

NOTAS.

Evergetas. Palabra griega ἐὐεργέτας, esto es, benemeta-
tos bienhechores: llamados así desde que socorriren
Ciro, y su exercito, como refiere Curcio. (ver
Textis... juverant. Habian dado alojamiento, y
Scriba. Secretario, amansuense. Esta era una dignida-
de las mas autorizadas, y de mayor suposicion en
los Persas.

Pertinet. Confina.

Occupavit. Tomó á su mando, y unió á sus tropas.

CAPITULO VII.

DESCRIPCION DE LOS PARAPAMISADAS, sum
de su pais: trabajos del ejercito de Alejandro quip-
pe consternacion, y entrega de los Barbaros. que c

Ipsa Rex nationem, ne finitimis quidem satis bat,
tam quippe nullo comercio colentem mutuā co-
usus, cum exercitu intravit. Parapamisadae aliud
pellantur, agreste hominum genus, & inter Barbaros
maxime inconditum. Locorum asperitas hostiliq-
minum quoque ingenia duraverat. Gelidissimum direc-
Septentrionis axem ex magna parte spectant. Bocali-
etrianis ad Occidentem conjuncti sunt: meridianus

regio ad mare Indicum vergit. Tuguria latere pri-
mō struunt, & quia sterilis est terra materiæ,
nudo etiam montis dorso, usque ad summum ædifi-
ciorum fastigium eodem laterculo utuntur. Cæte-
rum structura latior ab imo, paulatim incremento
operis in arctius cogitur, ad ultimum in carinæ
maxime modum coit. Ibi foramine reliquo, super-
e lumen accipiunt. Ad medium vites, & arbores
quæ in tanto terræ rigore durare potuerunt, ob-
sunt, penitus hyeme defossæ latent: cum, nive
sculsa, aperiri humus coepit, cœlo, Solique red-
untur. Cæterum adeo altæ nives premunt terram,
& perpetuo pene rigore constrictæ, ut ne
cum quidem, ferève ullius vestigium existeret. Ob-
tura cœli verius umbra, quam lux, nocti similis
eremit terram, vix ut, quæ propè sunt, conspici
possint. In hac tamen omnis humani cultus foli-
adine destitutus exercitus, quidquid malorum to-
rari potest, pertulit, inopiam, frigus, laffitu-
inem, desperationem. Multos exanimavit rigor
solitus nivis, multorum adussit pedes, plurimo-
rum oculis præcipue perniciabilis fuit. Fatigati
quippe in ipso gelu deficientia corpora sternebant:
que cum moveri desissent, vis frigoris ita astringe-
bat, ut rursus ad surgendum conniti non possent.
mutu A commilitonibus torpentes excitabantur. Neque
ad aliud remedium erat, quam ut ingredi cogeren-
ter. Tum demum vitali calore moto, membris
tas hec liquis redibat vigor. Siqui tuguria Barbarorum
similiter potuerunt, celeriter refecti sunt. Sed tanta
caligo erat, ut edificia nulla alias res, quam fu-
mus, ostenderet. Illi, nunquam ante in terris
fuis

suis advenâ viso , cùm armatos repente conspi-
rent exanimati metu , quidquid in tuguriis en-
afferebant, ut corporibus ipsorum parceretur, on-
tes. Rex agmen circuibat pedes , jacentes quo-
dam erigens , & alios , cùm ægrè sequerentur, ad
miniculo corporis sui excipiens. Nunc ad primum
signa , nunc in medium , nunc in ultimo agmina-
itineris multiplicato labore aderat. 48

NOTAS.

Quippe nullo. Como quien no tiene trato , ni com-
unicacion con las naciones vecinas.

Gelidissimum. La mayor parte vive debajo del P-
Artico , y Zona frigida.

Laterè primò. Son de ladrillo los cimientos de
chozas. El primò es adverbio , y es lo mismo que
imo.

Nudo etiam. No llevando arboles aun la cordillera
del monte.

Latior ab imo. Con bastante anchura desde sus
mientos , la que ba estrechandose , conforme ba-
bantando la obra , la cual remata à manera
quilla , ó nave al revés.

Ad medium. Cubren en el verano hasta la mitad
cepas , y arboles , si ay cepas , y arboles , que puedan
conservarse en tierra tan inclemente , y fria ; en
imbierno las entierran : y cuando derretida la nieve
se deja ver la tierra , buelven à descubrirlas , y
ponerlas al Sol , y al aire.

Quam ... ut. Que el hacerlos andar.

Adminiculo. Ayudandolos , y manteniendolos por su m-

CAPITULO VIII.

DESCRIPCION DE LOS MONTES CAUCASO, Y

Tauro : funda en sus faldas una Ciudad , dicha de
su nombre Alejandria.

Andem ad cultiora loca perventum est , com-
meatuque largo recreatus exercitus ; simul &
qui consequi non poterant , in illa castra venerunt.
Iude agmen processit , ad Caucasum montem , cu-
jus dorsum Asiam perpetuo jugo dividit. Hinc si-
mul mate , quod Ciliciam subit : illinc Caspium
fretum , & amnem Araxem , aliaque regionis Scy-
chię deserta spectat. Taurus secundę magnitudinis
mons committitur Caucaso : à Cappadocia se at-
tollens Ciliciam pr̄terit , Armeniæque montibus
ungitur : sic inter se tot juga velut serie cohæren-
ta , perpetuum habent dorsum ; ex quo Asię om-
nia ferè flumina , alia in Rubrum , alia in Cas-
pium mare , alia in Hyrcanum , & Ponticum decidunt ,
XVII. dierum spatio Caucasum superavit exercitus.

Rupes in eo X. in circuitu stadia complectitur , qua-
tuor in altitudinem excedit , in qua vincitum Prom-
thea fuisse antiquitas tradit. Condendæ in radicibus
montis urbi sedes electa est. VII. millibus senio-
rum Macedonum , & pr̄terea militibus , quorum
opera uti desisset , permisum in novam urbem con-
sidere. Hanc quoque Alexandriam incole appella-
verunt. **22** NOTA S.

Hinc. Por una de sus dos cordilleras , ó faldas mira
al mar Cíclico , y por la otra.

Secundæ. El segundo en la altura. El primero lo es el
Caucaso , monte el mas alto , y que está unido al Tau-

ro, si bien tiene en partes distintas nombres diferentes.
Ex quo. De la cual cordillera nacen.

Promethea. A quien ató Jupiter à un peñasco del Cn
caso, y un cuervo, è buitre comia las entrañas en ca
tigo de haber hertado, y bajado à la tierra el su
de Jupiter.

Uti desistet. Inhabiles, è inutiles ya para las armas.

CAPITULO IX.

COMBITE, Y DETERMINACION DE BESUS
dictamen de Cobares. Indignacion de Beso : deferencia
cion de los Bacrianos.

AT Bessus Alexandri celeritate perterritus, ^{Dimitto} patriis sacrificio ritè factò, sicut illis ^{genuis} poti
tibus mos est, cum amicis, ducibusque conal
piarum inter epulas de bello consultabat. Grandissi
mero suas vires extollere, hostium nunc temeritatem,
nunc paucitatem spernere. Præcipue Bessus te
ferox verbis, & parto per scelus Regno superbus
ac vix potens mentis, dicere: Socordia Darjii ^{adagio}
visse hostium famam. Occurisse enim in Ciliciae angustiis
tissimis fauibus, cum retrocedendo posset perducere, ut
cautos in loca natura, & situ invia, tot fluminis ^{apoc.}
objectis, tot montium latebris, inter quas deprehensi
hostis, ne fugae quidem, nedum resistendi occasio
fuerit habiturus. Sibi placere in Sogdianos recedunt
Oxum annem velat murum objectorum hosti, dona
ex finitimi gentibus valida auxilia concurrerent. Ven
turos autem Chorasmios, & Dahas, Sagasque, &
Indos, & ultra Tanaim annem colentes Scybas, que
rum neminem adeo humilem esse, ut humeri ejus non
possent Macedonis militis verticem aquare. Conclu
man

mant temulenti, unam hanc sententiam salubrem
 esse. Et Bessus circumferri merum largius jubet,
 debellaturus super mensam Alexandrum. Erat in
 eo convivio Cobares natione Medus, sed Magi-
 lfunca artis (si modò ars est, non vanissimi cuiusque
 adibrium) magis professione, quam scientia ce-
 leber, alioquin moderatus, & probus. Is cum
 prefatus esset: scire, servo esse utilius parere dicto,
 quam afferre consilium, cum illos, qui pareant, idem,
 quod ceteros maneat; qui vero suadeant, proprium
 ericulum: poculum ei, quod habebat in manu,
 radidit. Quo accepto Cobares: Naturæ, inquit,
 Disputalium hoc quoque nomine prava, & sinistra di-
 s, quis potest, quod in suo quisque negotio hebetior est, quam
 ue ex alieno. Turbida factu sunt consilia eorum, qui sibi
 gravident. Obstac aliis metus, aliis cupiditas, nonnun-
 terius naturalis eorum, quæ cogitaveris, amor; nam
 Besso te superbia non cadit. Expertus es, unumquemque
 eribus et ipse repererit, aut solum, aut optimum ducere.
 viii Magnum onus sustines capite, regium insigne. Hoc autem
 angusti moderatè perferendum est, aut (quod abominor) in re-
 vere. Consilio, non impetu opus est. Adjicit deinde,
 iunior apud Bactrianos vulgo usurpabant: Canens
 benjamidum vehementius latrare, quam mordere. Altissi-
 fionma queque flumina minimo sono labi. Quæ inserui,
 eden ut qualiscumque inter Barbaros potuit esse pruden-
 tia, traderetur. His audientes suspenderat ex-
 pectatione sui. Tum consilium aperit, utilius Besso,
 quam gravius. In vestibulo, inquit, Regiae tuae ve-
 quæ locisius consistit Rex. Ante ille agmen, quam tu
 mensam istam movebis. Nunc ab Tanai exercitum ac-
 cles, armis flumina oppones. Scilicet, quæ tu fugi-
 88-

turus es, hostis sequi non potest? Inter utriusque comm
ne est, victori tutius. Licet strenuum metum putes
velocior tamen spes est. Quin validioris occupas gration
dedisque te? utcumque cesserit, meliorem fortunam
deditus, quam hostis, habiturus. Alienum habes Reg
num, quo facilius eo careas. Incipies forsan iustum
esse Rex, cum ipse fecerit, qui tibi & dare potest Reg
num, & eripere. Consilium habes fidele, quod diutin
exequi supervaneum est. Nobilis equus umbra quoque
virgæ regitur, ignavus ne calcari quidem concitat
potest. Bessus & ingenio, & multo mero ferox adeo
exarsit, ut vix ab amicis, quo minus occideret eum
(nam strinxerat quoque acinacem) contineretur. Ces
tè è convivio profluit, haudquam potens mea
tis. Cobares inter tumultum elapsus, ad Alexan
drum transfugit. Octo millia Bactrianorum habe
bat armata Bessus, quæ, quandiu propter Cœli
temperiem Indiam potius Macedonas petitum
crediderant, obedienter imperata fecerunt: pa
quam adventare Alexandrum compertum est,
suos quisque vicos dilapsi Bessum reliquerunt.
cùm clientum manu, qui non mutaverant h[ab]en
Oxo amne superato, exustisque navigiis, quibus
transfierat, ne iisdem hostis uteretur, novas copias
in Sogdianis contrahebat. 77

NOTAS.

Adeo humilem. De tan poca estatura, que en esa barba
excediese à los Macedonios de los hombres arriba. Efod
Is cum. Este, habiendo dicho antes, y presupuestado
que sabia mui bien, le tenia mas cuenta a un criado, y siervo.

Hoc quoque. Aun solo por esto.

Nonnumquam. Y á veces tambien un afecio natural,
y amor proprio à lo que tu mismo piensas, y dis-
curses; porque en ti no cabe presuncion, y demasiada
satisfaccion.

Que inserui. Lo cual he puesto aqui, para que se sepa.
In his. Con este discurso habia dejado suspensos, y en
espectacion à los combidados.

Licet strenuum. Aunque el miedo te de alas para
uir, mas ligeras las da la esperanza para alcanzarte.
Quin. Porque no te adelantas à ganar la voluntad de
Alejandro, mas poderoso, que tu?

Diutius exequi. En cuia prueba detenerme mas, es
inutil.

CAPITULO X.

ALEJANDRO FALTO DE VIVERES MATA LAS
bestias del vagage: descripcion de la Bactria.

Alexander Caucasum quidem (ut supra dictum
est) transferat: sed inopiâ frumenti propè
ad famem ventum erat. Succo ex sesemâ
appresso, haud secùs, quàm oleo artus perunge-
ant. Sed hujus succi ducenis quadragenis denariis
amphoræ singulæ, mellis denariis trecenis nonage-
nis, trecenis vini æstimabantur. Tritici nihil, aut
admodum exiguum reperiebatur. Syros vocabant
barbari; quos ita solerter abscondunt, ut, nisi qui
defoderunt, invenire non possint. In iis conditæ fru-
tes erant. In quarum penuriâ milites fluvialili pif-
& herbis sustinebantur. Jamque hæc ipsa ali-
menta defecerant, cùm jumenta, quibus onera
portabant, cädere jussi sunt. Horum carne, dum

in Bactrianos per ventum, traxere vitam. Bactriæ terræ multiplex, & varia natura est. Alibi ta arbor, & vitis largos, mitesque fructus. Solum pingue cerebri fontes rigant. Quæ mitiora sunt, frumento conseruntur: cætera armamentorum pabulo cedant. Magnam deinde partem ejusdem terræ steriles arenæ tenent. Squalida siccitate regnante non hominem, non frugem alit. Cùm verò ventus à Pontico mari spirant, quidquid sabuli in campis jacet, convertunt. Quod ubi cumulatum est, minorum collium procul species est, omniaque patini itineris vestigia intereunt. Itaque qui transcampos, navigantium modo noctu sidera observant, ad quorum cursum inter dirigunt. Et propinquum clarior est noctis umbra, quam lux. Et interdiu invia est regio, quia nec vestigium, sequantur, inveniunt, & nitor siderum caliginosus absconditur. Cæterum si quos ille ventus, quem mari exoritur, deprehendit, arena obruit. Sed mitior terra est, ingens hominum, equorum multitudo gignitur. Ipsa Bactra, regionis ejusdem putatur, sita sunt sub monte Paropamisso. Bactrus nunc præterit moenia. Is urbi, & regioni dedit men.

37

NOTAS.

Sesama. Especie de trigo, de que se saca un aceite medicinal.

Syros. Silos: graneros hechos en forma de pozo.

Mitiora. Mas fertiles. Segun otros: menos fértils y pingües.

Intereunt. No queda señal alguna del camino, que había antes.

Clarior. Como de dia lebanraba el viento montes de
arena, y los espacia por el aire , venia à estar mas
obscuro de dia , que de noche. Segun otros es , porque
era mas util à los caminantes ; pues de noche les
servian de norte las estrellas para caminar ; cuando
de dia no atinaban con el camino cubierto de arenas.

CAPITULO XI.

REBELION DE LOS LACEDEMONIOS : VICTORIA
ria, que consigue Erigio de Satibarzanes,
y con esta de los suios.

HIC Regi stativa habenti nuntiatur ex Grecia
Peloponnesium , Laconumque defectio-
Nondum enim victi erant , cum proficitce-
ed, quentur , tumultus ejus principia nuntiatur. Et aliis
rum sens terror affertur , Scythas , qui ultra Tanais
ejus annem colunt , adventare , Beso ferentes opem-
rus secundum tempore , quæ in gente Ariorum Caranis,
Etigys geslerant , perferuntur. Commissum etat
prælum inter Macedonas , Ariosque. Transfuga Sa-
tibarzanes Barbaris præerat : qui cum pugnari seg-
nem utrinque æquis viribus stare vidisset , in primos
ordines adequitavit , demptaque galea , inhibitis
qui tela jaciebant , si quis viritim dimicare vellet ,
provocavit ad pugnam , nudum se caput in cer-
tamine habiturum. Non tulit ferociam Barbari Dux
exercitus Erigys , gravis quidem ætate , sed & ani-
mi , & corporis robore nulli juvenum postferen-

dus. Is galeâ demptâ canitiem ostentans , V.
 inquit , dies quo aut victoriâ , aut morte bonefissim
 quales amicos , & milites Alexander haeat , ostendat
 Nec plura eloquutus , equum in hostem egit . Ce-
 deres imperatum , ut acies utræque tela cohicerent
 Protinus certè recesserunt , dato libero spatio , in-
 tenti in eventum non duorum modò , sed etiam
 suæ sortis , quippe alienum discriminè securi
 Prior Barbarus emisit hastam , quam Erigys wo-
 dicâ capitis declinatione vitavit . At ipse infestat
 farissam , equo calcaribus concito , in medio Ba-
 bari gutre ita fixit , ut per cervicem eminera
 Præcipitatus ex equo Barbarus , adhuc tamen
 pugnabat . Sed ille extractam ex vulnere hastam
 rursùs in os dirigit . Satibarzanes hastam
 complexus , quò maturius interiret , ictum ho-
 adjuvit . Et Barbari , Duce amissio , quem mag-
 necessitate , quām sponte secuti erant , tunc ha-
 immemores meritorum Alexandri , arma Erigys
 tradunt . Rex his quidem latus , de Spartanis ha-
 quaquam securus , magno tamen animo defec-
 nem eorum tulit , dicens , non ante ausos er-
 lia nudare , quam ipsum ad fines Indiae perva-
 cognovissent . Ipse Bessum persequens copias mo-
 cui Erigys spolia Barbari , ceu opimum belli ob-
 cus , præferens occurrit . 43

NOTAS.

Nondum enim : porque aun no estaban vencidos , cu-
 do partieron los que habian de darle la noticia .
 Tela : se contuviesen , sin dispararse flechas , y dardas .
 Intenti : esperando el suceso no solo de los dos ,

tambien el suyo, el cual dependia de el de sus Capitanes.

Sarilla: un genero de lanza larga de que usaban caballeros, è infantes; aunque estos usaban tambien de otras mas largas.

Uper: que se descubria por la cerviz.

Nudare: à descubrir su intencion: à declararse.

CAPITULO XII.

CONTINUA ALEJANDRO SU MARCHA: TRABAJOS que padecio en ella su ejercito por falta de agua.

Gitur Bactrianorum regione Artabazo traditâ, sarcinas, & impedimenta ibi cum præsilio relinquit: ipse cum expedito agmine loca deserta Suseanorum intrat, nocturno itinere exercitum dicens. Aquarum (ut antè dictum est) penuria, prius desperatione, quam desiderio biviendi sicut accedit. Per CCCC stadia ne moscus quidem humor existit. Arenas vapor aestivi solis accedit, quæ ubi flagrare coeperunt, haud ecus, quam continenci incendio, cancta torrentur. Caligo deinde immodico terræ fervore excita, lucem tegit. Camporumque non alia, quam vasti, & profundi æquoris, species est. Nocturnum iter tolerabile videbatur, quia rore, & matutino frigore corpora levabantur. Ceterum, cum ipsa luce aestus oritur, omnemque naturalem absorbet humorem siccitas, ora visceraque penitus aridantur. Itaque primùm animi, deinde corpora deficere coeperunt. Pigebat & consistere, & pro-

 enim scire coepisti, quid ingenui homines ferre non po
 sint. De cætero parce his, eorum orbam senectutem sap
 plicijs ne oneraveris. Nos jube duci, ut, quod ex tua
 morte petieramus, consequamur ex nostra. Hæc Her
 laus.

NOTAS.

Malis nostris. Lo que me han enseñado mis trabajos
 y miserias.

Quotusquisque. Que nobleza es la que ha quedado con
 tigo ya? Quantos hai contigo, que no sean de baja
 esfera?

gitar Quantum ad. No les quitaron la vida sus enemigos.

Abene Alius mensam. Clito.

mo, Alius. Filotas no con una muerte, sino con tantas
ramos cuantos fueron sus tormentos.

line. Supremum. Desembainó su espada para matarle.

vebun Justíssimo. Por el mas injusto. Es ironia.

ices re Scatuitas. No premiadas, ni remuneradas. Tambien
, anto voluntarias.

ores su Is. A todos los parientes. Duci al suplicio, à la muerte.
za de la God petieramus. Verse libres de la esclavitud, y de
on Ma un Rei tirano.

CAPITULO XVIII.

RESPUESTA DE ALEJANDRO à Hermolao.

AT Rex, Quàm falsa sint, inquit, quæ iste tra-
dita à magistro suo dixit, patientia mea ostendit. Confessum enim ultimum facinus, tamen ut vos
quoque, non solum ipse, audiretis, expressi, non im-
prudens, cùm permisissèm huic latroni dicere, usurum
rabie, qua compulsus est, ut me, quem parentis
loco colere debet, vellent occidere. Nuper cum proca-
ciùs se in venatione gesisset, more patrio, ab an-
tiquissimis Macedoniae Regum usurpato, castigari eum
iussi. Hoc oportet fieri, ut à tutoribus pupilli,
à maritis uxores, servis quoque pueros hujus etatis
verbere concedimus. Hæc est saevitia in ipsum mea,
quam impia cæde voluit ulcisci. Nam in cæteros, qui
mibi permittunt uti ingenio meo, quam mitis sim,

non

n ignoratis : commemorare supervacuum est. Ha
 molao parricidarum suppicia non probari , cum es
 dem ipse meruerit , minimè herculè admiror. Nam cum
 Parmenionem , & Philotam laudat , suæ servit cau
 sæ. Lyncestem verò Alexandrum bis insidiatum capi
 meo , à duobus indiciis liberavi. Rursus convictum , pe
 biennium tamen distuli , donec vos postularetis , m
 tandem debito suppicio scelus lueret. Attalum , ante
 quām Rex essem , hostem meo capiti fuisse meminissim
 Clytus utinam non coegisset me sibi irasci : cuius tem
 rariam linguam probra dicentem mibi , & vobis , dia
 tiis tuli , quām ille eadem me dicentem tulisset. Re
 gum , Ducumque clementia non in ipsorum modo , sa
 etiam in illorum , qui parent , ingenii sita est. Obje
 quio mitigantur Imperia. Ubi verò reverentia excessit
 animis , & summa imis confundimus , vi opus est
 ut vim repellamus. Sed quid ego mirer , istum crudelit
 atem mibi objecisse , qui avaritiam reprobare au
 sit ? Nolo singulos vestrum excitare , ne invisam libe
 ralitatem meam faciam , si pudori vestro gravem feu
 ro. Totum exercitum aspicite. Qui pauci ante nibil pro
 ter arma habebat , nunc argenteis cubat leidis. Alte
 ras auro onerant , greges servorum ducunt , spolia di
 hostibus sustinere non possunt. At enim Perse , quo vis
 cimus , in magno honore sunt. Apud me quidem , mo
 derationis meæ certissimum indicium est , quid ut
 vittis quidem superbè impero. Veni enim in Asiam ,
 non ut funditus everterem gentes , nec ut dimidias
 partem terrarum solitudinem facerem , sed ut illos quo
 que , quos bello subegissim , victoria meæ non pren
 teret. Itaque militant vobiscum ; pro Imperio vestro
 sanguinem fundunt ; qui superbè habiti rebellassent.

Hoc est diuturnam possessio, in quam gladio induci-
 mus: beneficiorum gratia sempiterna est. Si habere
 n cum
 dā, non transire volumus, cum his communican-
 it cau-
 da nostra clementia. Horum fides stabile, & aeternum
 capi-
 facies Imperium. Et sane plus habemus, quam cupimus.
 n, pe-
 Insatiabilis autem avaritia est, adhuc implere velle,
 s, m-
 quod jam circumfluit. Veruntamen eorum mores in Ma-
 ante-
 donas transfundo. In multis enim gentibus esse vi-
 iniſſi-
 vo, que non erubescamus imitari. Nec aliter tantum
 teme-
 Imperium aptè regi potest, quam ut quedam & tra-
 , di-
 hanc illis, & ab iisdem discamus. Illud penè dig-
 t. Re-
 sum risu fuit, quod Hermolaus postulabat a me, ut
 o, se-
 uersarer Jovem, cuius Oraculo agnoscor. An etiam
 Obj. uid Dii respondeant, in mea potestate est? Obtulit
 excessi-
 nomen filii mihi: recipere, ipsis rebus, quas agimus,
 is est
 laud alienum fuit. Utinam Indi quoque Deum esse
 ruddi-
 credant. Famam enim bella constans. Et sapè etiam,
 : ausu-
 quod falsò creditum est, veri vicem obtinuit. An me
 n libe-
 luxuriæ indulgentem putatis arma vestra auro, ar-
 n feci-
 gatoque adornasse? Assuetis nihil vilius bac ma-
 il pro-
 tria. Volui ostendere, Macedonas invictos ceteris,
 Alm-
 nec auro quidem vinci. Oculos ergo primam eorum,
 olia di-
 sordida omnia, & humilia spectaculū, capiam; &
 uor vi-
 docebo nos non auri, aut argenti cupides, sed orbem ter-
 n, mu-
 rarum subacturos venisse. Quam gloriā tu parricida
 iorū
 intercipere voluisti, & Macedonas, Rege adempto, de-
 victis gentibus dedere. At nunc mones me, ut vestris
 parentibus parcam. Non oportebat quidem vos scire,
 is qui-
 quid de his statuissim, què tristiores periretis, si qua
 poni-
 vobis parentum memoria, & cura est. Sed olim iſuus
 vestro-
 morem occidendi cum scelestis insonates propinquos, p-
 issentesque solvi: & proficeor in eodem bonore futuros om-
 nes

nes eos, in quo fuerunt. Nam tuum Callisthenem, cum
uni vir videris, quia latro es, scio cur produci velis,
ut eorum his probra, quem modo in me jecisti, illi
quoque ore referantur. Quem, si Macedo esset, tecum
introduxisse, dignissimum te discipulo Magistrum.
Nunc Olynthio non idem juris est. Post hæc concilium
dimisit, tradique damnatos hominibus, qui ex eadem
cohorte erant, iussit. Illi, ut fidem suam sævitiam Re-
gi approbarent, excruciatos necaverunt. Callisthe-
nes quoque ante tortus interiit, initi consilio in ca-
put Regis innoxius, sed haudquaquam aulæ, & af-
fendantium accommodatus ingenio. Itaque nullus
cedes majorem apud Græcos Alexandro excitavit in-
vidiam, quam quod prædictum optimis moribus,
artibusque, à quo revocatus ad vitam erat, cùm
interfecto Clyto mori perseveraret, non tantum
occiderit, sed etiam torserit, indicata quidem cau-
sâ. Quam crudelitatem sera penitentia consecuta
est.

NOTAS.

Servis. Aios: pedagogos.

Qui mihi. Que no me precisan a usar con ellos de rigor.
Suæ servit causæ. Mira por, si y por su causa: la
defiende: hace su negocio.

Non in. No se ha de medir solamente, por lo que son
ellos, sino por lo que son sus subditos: no solo por
su proceder, sino tambien por el de los suyos.

Ubi verò. Pero cuando falta en ellos el respeto debido
a la Magestad.

Auro. Con vasijas de oro, siendo de oro el servicio
de mesa.

Apud

Apud me quidem. A lo menos yo: es mucha ver-
dad, que lo hago así.

Superbè. Tratados con soberanía, y arrogancia.

Si habere. Si queremos sea nuestra el Asia siempre, y
no de paso, ù mientras pasamos por ella.

Ut averfaret. Que no quisiere ser tenido por hijo de
Jupiter.

Luxuriaz. Dejandome llevar de la profanidad.

Eorum. De los Indios.

Cui uni. El que solo te tiene por hombre de valor, y
prendas.

Non idem. No debe gozar del mismo privilegio, y
gracia.

CAPITULO XIX.

PARTE ALEJANDRO PARA LA INDIA: DES-
cripción de sus tierras, ríos, animales, y
frutos.

SED, ne otium serendis rumoribus natum aleret,
in Indiam movit, semper bello, quam post
victoriam, clarior. India tota ferme spectat
Orientem, minus in latitudinem, quam rectâ re-
gione spatiofa. Que Austrum accipiunt, in altius
terræ fastigium excedunt. Plana sunt cætera, mul-
tisque inclytis amnibus, Caucaso monte ortis, pla-
cidum per campos iter præbent. Indus gelidior est,
quam cæteri. Aquas vehit à colore maris haud
multum abhorrentes. Ganges omnium ab ortu ma-
ximus, à Meridianâ regione decurrit, magnorem
montium juga recto alveo stringit. In eum objectæ

rupes inclinant ad Orientem. Uterque Rubro mari accipitur findens ripas, multasque arbores cum magnâ soli parte exsorbet. Saxis quoque impeditus, crebro reverberatur. Ubi mollius solum reperit, stagnat, insulasque molitur. Acesines cum auget, Ganges decursurum in mare intercipit. Magnoque motu amnis uterque colliditur: quippe Ganges alperum os influenti objicit, nec repercussæ aquæcedunt. Dyardenes mihius celeber auditu est, quia per ultima Indię currit. Cæterum non crocodilos modò, uti Nilus, sed etiam delphines, ignotasque aliis gentibus belluas alit. Erimanthus crebris flexibus subinde curbatus, ab accolis rigantibus carpitur. Ea causa est, cur tenues reliquias jam sine nomine in mare emittat. Multis præter hos amoibus tota regio dividitur, sed ignobilibus, quia non adeo interfluunt. Cæterum, quæ proprietaria sunt mari, Aquilones maximè deurunt. Ii cohibiti jugis montium, ad interiora non penetrant, ita alendis frugibus mitiora. Sed adeò in illâ plagâ mundus statas tem porum vices mutat, ut, cùm alia servore Solis exastuant, Indiam nives obruant, rursusque ubi cætera rigent, illic intolerandus aestus existat. Nec cur, ulli se naturæ causa ingessit. Mare certè quo alluitur, ne colore quidem abhorret à cæteris. Ab Erythro Rege inditum est nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt. Terra lini ferax: inde plerisque sunt vestes. Libri arborum teneri, hand secùs quam ceræ literarum notas capiunt. Aves ad imitandum humanae vocis sonum dociles sunt. Animalia iusitata cæteris gentibus, nisi injecta. Eadem terra & rhinocerotas alit,

alit, non generat. Elephantorum major est vis, quam quos in Africa dominant: & viribus magnitudo respondet. Aurum flumina vehunt, quæ leni, modicoque lapsu segnes aquas ducant. Gemmas, margaritasque mare littoribus infundit. Neque alia illis major opulentie causa est, utique posteaquam vitorum commercium vulgavere in exteris gentes. Quippe estimantur purgamenta astuantis freti prelio, quod libido constituit.

NOTAS.

Minus. Menos ancha, que larga. La parte, que minra al medio dia, es montuosa.

Inclinant. Le hacen torcer.

Acesines. El río Acesines aumenta las aguas del Ganges, y se junta con este al ir a entrar el Acesines en el mar.

Os asperom. Una entrada mui dificultosa por las muchas peñas.

Carpitur. Le desangran.

Deurunt. Queman la tierra, haciendola esteril, y untrial.

Si los vientos Septentrionales. El Aquilon.

Nec cur. Y nadie ha sabido la causa, porque sucede esto asi.

Libri. Las cortezas mas tiernas, y delicadas de los arboles.

Nisi inventa. Si no se llevan de alli a otras partes.

Purgamenta. Las heces, que el mar inchado arroja. El mar en las crecientes arroja a la playa las conchas, de las cuales se sacan las perlas.

CAPITULO XX.

*DESCRIPCION DE LOS INDIOS, Y SUS
costumbres.*

SO Ngenia hominum, sicut ubique, apud illos quoque locorum situs format. Corpora usque pedes carbato velant. Soleis pedes, capita linteis vinciunt. Lapilli ex auribus pendent. Brachia quoque, & lacertos auro colunt, quibus inter populares aut nobilitas, aut opes eminent. Capillum pectunt saepius, quam rident. Mentum semper intonsum est: reliquam oris cutem ad levitatem exsequant. Regum tamen luxuria, quam ipsi magnificientiam appellant, supra omnium gentium virtutem. Cum Rex se in publico conspici patitur, thuribula argentea ministri ferunt, eorumque iter, per quod ferri destinavit, odoribus compleant. Aurea lectica margaritis circumpendentibus recubat. Distincta sunt auro, & purpurâ carbasa, quæ induitus est. Lecticam sequuntur armati, corporisque custodes. Inter quos ramis aves pendent, quas cantu seriis rebus obstrepere docuerunt. Regia auratas columnas habet; totas eas vitis auro celata percurrit. Aviumque, quarum visu maximè gaudent, argenteæ effigies opera distingunt. Regia adeuntibus patet. Cum capillum pectit, atque ornat, tunc responsa legationibus, tunc jura popularibus reddit. Demptis soleis, odoribus illinuntur pedes. Venatus maximus labor est, inclusa vivario animalia inter vota, cantusque pellicum figere. Binum ciborum sagittæ sunt, quas emittunt majore nisu, quam

quam effectu. Quippe telum , cuius in levitate vis
 omnis est , inhabili pondere oneratur. Breviora iti-
 nera equo conficit. Longior ubi expeditio est , ele-
 phanti velunt currum: & tantarum belluarum cor-
 pora tora contegunt auro. Ac , ne quid perditis
 moribus , desit , lecticis aureis pellicum longus ordo
 sequitur. Separatum à Reginæ ordine agmen est ,
 iquatque luxuriā. Foeminæ epulas parant. Ab iis-
 sem vinum ministratur , cuius omnibus Indiis lar-
 gus est usus. Regem mero , somnoque sopitum in
 cubiculum pellices referunt , patrio carmine noctium
 invocantes Deos. Quis credat inter hæc vicia curam
 esse sapientiæ? Unum agreste , & horridum genus
 est , quos Sapientes vocant. Apud hos occupare fa-
 vitia diem , pulchrum : & vivos se cremari jubent ,
 quibus aut segnis ætas , aut incommoda valetudo
 quod. Expectatam mortem pro dedecore vitæ habent.
 Nec ullus corporibus ; quæ senectus solvit , honos
 redditur. Inquinari putant ignem , nisi qui spirantes
 recipit. Illi , qui in urbibus publicis moribus de-
 gunt , siderum motus scitè spectare dicuntur , & fu-
 tura prædicere. Nec quemquam admovere lethi diem
 credunt , cui expectare interrito liceat. Deos pu-
 tant , quidquid colere cœperunt ; arbores maximè ,
 quas violare capitale est. Menses in quinos denos
 descripserunt dies. Anni plena spatia servant. Lu-
 næ cursu notant tempora , non ut plerique , cùm
 orbem fidus implevit , sed cùm se curvare cœpit
 in cornua. Et idcirco breviores habent menses , qui
 spatium eorum ad hunc Lunæ modum dirigunt.
 Multa & alia traduntur , quibus morari ordinem
 rerum haud sanè operæ pretium videbatur

NOTAS.

Ingenia. La indole de los hombres corresponde al clima
y naturaleza de la tierra.

Auro colunt. Adornan de oro aquellos, que han
distinguir del Pueblo.

Exequant ad. La alisan. (tidas, tenui-

Distincta. Están recamados de oro, y purpura sus vestidos.

Vibariò. En montes, ó selvas cercadas, donde las crían.

Noctum Deos. El Erebo, y la Noche, cuyos hijos son
el Hado, el Sueño; las Parcas la Muerte &c. Cie-
do de nat. Deor.

Occupare. Matarse, anticipar la muerte natural en
cosa bonrosa.

Sene&tus solvit. Que muertos de viejos.

Spirantes. A los que viven aun, y están para espirar.

Nec quemquam. Y se persuaden, que los que se ma-
tan á si mismos, son los que no tienen valor, para
esperar la muerte.

Cùm orbem. No cuando es luna llena, sino quando
nace: en el nubilunio.

Qui. Los que cuentan los meses por la luna nueva.

CAPITULO XXI.

ENTREGANSE ALGUNOS REGULOS: ESCARA-
muza, en que vence Alejandro: es ligeramente
herido: destruye á sangre, y fuego
una Ciudad.

23 **I**Gitur Alejandro fines Indiæ ingresso, gentium
suarum Reguli occurserunt, imperata facturi,
illum tertium Jove genitum ad ipsos pervenisse
memorantes. Patrem Liberum, atque Herculem

famá
Rex b
ducibi
carrei
piaru
tencui
edere
ntai
gran
rehi
jo cut
amat
prælio
vener
mucitu
tracie
puam
moen
emni
tum
Terti
pit
Al
Junx
Solu
Se
DES
ja
N
fa.

famâ cognitos esse , iplum coram adesse , ceroique.
 lima Rex benignè exceptos sequi jussit , iisdem itinerum
 ducibus usurus. Cæterùm , cùm amplius nemo oc-
 baci curreret , Hephestionem , & Perdiccam cum co-
 pidiorum parte præmisit ad subigendos , qui aversa-
 tidae tentur Imperium : jussitque ad flumen Indum pro-
 ius vespere , & navigia facere , queis in ulteriora trans-
 rian. pitari posset exercitus. Illi , quia plura flumina su-
 n'son granda erant , sic junxere naves , ut solutæ plaustris
 Cie. tehi possent , rursusque conjungi. Post , se Crate-
 ral ei ro cum phalange jussò sequi , equitatum , ac levem
 amaturam eduxit. Eosque , qui occurrerunt , levi
 prælio in urbem proximam compulit. Iam super-
 venerat Craterus. Itaque , ut principiò terrorem
 irar. incuteret genti nondum arma Macedonum expertæ ,
 ms. reccepit , ne cui parceretur , munimentis urbis ,
 para pum obsidebat , incensis. Cæterùm , dum obequitabat
 and mœnibus , sagittâ ictus est. Cepit tamen oppidum. Et
 va. omnibus incolis ejus trucidatis , etiam in tecta sævi-
 tum est.

NOTAS.

Tertium. El tercero hijo de Jupiter. Baco hijo de Ju-
 piter , y Semele. Hercules de Jupiter , y Alcmena.
 Alejandro de Jupiter , y Olympias.

Junxere. Armaron.

Solutæ. Desarmadas.

Se. A Alejandro.

CAPITULO XXII.

DESCRICCIÓN DE NISA: ENTREGASE A ALE-
 jandro: hace sacrificios al Dios Baco por diez días.

I Nde domitâ ignobili gente , ad Nysam urbem
 pervenit. Forte castris ante mœnia ipsa in syl-
 ves-

vestri loco positis, nocturnum frigus vehemen-
 tius, quam alias horrore corpora afficit. Oppo-
 tonumque remedium ignis oblatum est. Cæsis quip-
 pe sylvis flammam excitaverunt: quæ igni alita, op-
 p danorum sepulchra comprehendit. Vetustâ cedro-
 facta erant. Conceptumque ignem latè fudere, do-
 nec omnia solo æquata sunt. Et ex urbe primùm
 canum latratus; deinde etiam hominum fremitus
 auditus est. Tum & oppidani hostem, & Mac-
 donas ipsos ad urbem venisse cognoscunt. Jamque
 Rex eduxerat copias, & mœnia obsidebat, cùm
 hostiam qui discrimin tentaverant, obruti talia
 sunt. Aliis ergo ditionem, aliis pugnam expe-
 riri placebat. Quorum dubitatione compertâ, cir-
 cumscideri tantum eos, & abstineri cædibus jussit.
 Tandemque obsidionis malis fatigati dedidere se
 A Libero Patre conditos se esse dicebant. Et ve-
 ra hæc origo erat. Sita est sub radicibus montis
 quem *Meron* incolæ appellabant. Inde Greci men-
 tiendi traxere licentiam, Jovis femine Liberum Pa-
 trem esse cœlatum. Rex, situ montis cognito ex in-
 colis, cum toto exercitu, præmissis commeatibus,
 verticem ejus ascendit. Multa hedera, vitisque to-
 to gignitur monte. Multæ perennes aquæ manant
 Pomorum quoque varii, salubresque succi sunt, suâ
 sponte fortuitorum seminum fruges humore nu-
 triente. Lauri, baccæque, & multa in illis rupibus
 agrestis est sylva. Credo equidem non divino in-
 stinctu, sed lasciviâ esse proiectos, ut passim he-
 deræ, ac vitium folia decerperent, redimitique
 fronde toto nemore similes bacchantibus vagaren-
 tur. Vocibus ergo tot millium præsidem nemoris
 ejus

men ejus Deum adorantium juga montis , collesque re-
 pporsonabant , cùm orta licentia à paucis (ut ferè fit)
 quipia omnes se repente vulgasset. Quippe velut in me-
 i, opdiá pace , per herbas , congestamque frondem pro-
 cedrotraverant corpora. Et Rex fortuitam licentiam non
 e, doversatus , largè ad epulas omnibus præbitis , per
 imùncem dies Libero Patri operatum habuit exerci-
 mitus. Quis neget , eximiam quoque gloriam sæpius
 Maceitunæ , quàm virtutis esse beneficium ? Quippe
 imque epulantes quidem , & sopitos mero aggredi au-
 , cumus est hostis , haud secus bacchantum , ululan-
 i telisumque fremitu perterritus , quàm si præpliantium
 expetamor esset auditus. Eadem felicitas ab Oceano
 , ciuertentes temulentos , comedentesque protexit.
 jussit

NOTAS.

re se Hostium. *Algunos de los enemigos.*

it ve emine. *En la parte interior del muslo de Júpiter.*

ontis ed lascivia. Sino que les movio la gana de divertir-
 men- se , y meter bulla.

m Pa Operatum. *Sacrificando : ofreciendo sacrificios.*

CAPITULO XXIII.

INDUSTRIA DE ALEJANDRO , PARA DAR
 alcance à los Barbaros fugitivos , y sorprehender à
 otros : llega à Mazagas : descripción de
 esta Ciudad.

Hinc ad regionem , quæ Dædala vocatur , per-
 ventum est. Deseruerant incolæ sedes , & in
 avios , sylvestresque montes confugerant. Er-
 go Acadera transit , æquè vasta , & destituta in-
 co-

colentium fugâ. Itaque rationem belli necessitas mⁱ
tavit. Divisis enim copiis, pluribus simul locis a
ma ostendit: oppressisque, & qui non expectav-
rant hostem, omni clade perdomiti sunt. Ptolomeu
plurimas urbes, Alexander maximas cepit. Rursum
que, quas distribuerat copias, junxit. Superato deinceps
de Coaspe amne, Cœnon in obsidione urbis opu-
lentę (Beziram incolæ vocant) reliquit: ipse ad
Mazagas venit, nuper Assacano (cuius Regnum
fuerat) demortuo, Regioni, urbique præterita ma-
ter ejus Cleophes. Triginta millia peditum tueban-
tur utbem non situ solum, sed etiam opere munitam.
Nam, quâ spectat Orientem, cingitur amne torren-
ti, qui præruptis utrimque rupibus aditum ad ur-
bem impedit. Ab Occidente, & à Meridie, vultus
de industriâ, rupes præaltas admolita natura estrin-
quas cavernę, & voragini longâ vetustate in altum
cavatae jacent, quâque desinunt, fossa ingentis ope-
ris objecta est. Triginta quinque stadia murus ur-
bem complectitur, cuius inferiora saxo, superiora
crudo latere sunt structa: Lateri vinculum lapides
sunt, quos interposuere, ut duriori materiâ fragi-
lis incumberet, simulque terra humore diluta, os
tamen universa consideret, interpositę erant trabes
validae, quibus injecta tabulata muros tegebant,
& pervios fecerant.

NOTAS.

Vasta. Desierta.

Et qui. Aun los que; los que estaban, y no estaban
ni prevenidos.

Admolita. Puso naturaleza como de industria.

Crudo. Por cocer. Adobes.

Interposuere. Mezclaron , para que mantubiesen las piedras la poca resistencia del barro , ò ladrillos: para que sostubiese la materia mas fuerte de las piedras la mas debil del barro.

Terra diluta aqua. Adobes.

CAPITULO XXIV.

*HERIDO ALEJANDRO DESDE EL MURO:
nca la Ciudad: lebanta maquinas: acobardanse los
sitiados, piden la paz, y la consiguen.*

*H*EC munimenta contemplantem Alexandrum, consiliique incertum (quia nec cavernas , nisi aggere , poterat implere , nec tormenta (er muris admovere) quidam è muro sagittâ per-
fusit. Forte in suram incidit telum , cuius spiculo vullo admoveri equum jussit : quo vectus , ne ob-
gato quidem vulnere , haud segnius destinata exe-
quebatur. Cæterum , cùm crus saucium penderet ,
et cruento siccato frigescens vulnus aggravaret do-
rem , dixisse fertur : Se quidem fovi filium dici , sed
temporis ægri vitia sentire. Non tamen ante se recepit
in castra , quam cuncta perspexit , & quæ fieri vel-
let , edixit. Ergo , sicut imperatum erat , alii ex-
ta urbem testa demoliebantur , ingentemque vim
materię faciendo aggeri detrahebant ; alii magna-
tum arborum stipites cumulis , ac moles faxorum
in cavernas dejiciebant. Jamque agger cœquaverat
summe fastigium terræ. Itaque tarres erigebantur ,
qua opera ingenti militum ardore intra nonum
di-

diem absoluta sunt. Ad ea visenda Rex, nondum obductâ vulneri cicatrice, processit. Laudatisq; militibus, ad moveri machinas iussit, è quibusq; gens vis telorum in propugnatores effusa est. Principiù rudes talium operum terrebant mobiles tunc ubres: tantasque moles nullâ ope, quæ cerneretur, adductas, Deorum nomine agi credebant. Pila quoque muralia, & excusas tormentis prægraves hastas, uegabant convenire mortalibus. Itaque despiciatâ urbis tutelâ, concessere in arcem. Inde, quoniam nihil obsessis præter ditionem placebat Legatus d Regem descenderunt, veniam petituri. Quâ imperiorum tratâ, Regina cum magno nobilium fœminarum cupa grege aureis pateris vina libantium processit. Ipse, cogenibus Regis parvo filio admoto, non venierat modò, sed etiam pristinæ fortunæ impetravit decus: p Quippe appellata est Regina. Et credidere quidam plus formæ, quam miserationi datum. Puer, quoniam o que certè, posteà ex eâ utcumque genito, Alexander dro nomen fuit.

NOTAS.

Ne obligato. Sin dár lugar à que le atasen la herida. Extra urbem. Las casas, que habia fuera de la Ciudad. Detrahebant. Sacaban de estas casas. Cumulis. En montones.

Adductas. Estaban ocultas las ruedas en la parte interior de la Machina.

Pila muralia. Lanzas, de que usaron los Romanos, cuio yerro pesaba nueve onzas.

Negabant. Decian, que era cosa mas que humana: no creian que pudiesen unos puros hombres.

CAPITULO XXV.

RETIRANSE LOS BARBAROS A AORNON : DES-
es tu cubrese esta piedra : pretende en vano conquistar-
ur, a la Alejandro.

Huc Polypercon ad urbem Noram cum exer-
es ha- citu missus , inconditos oppidanos prælio
despo- vicit , intra munimenta compulsos secutus ,
: quinem in deditonem redegit. Multa ignobilia op-
eratia deserta à suis venere in Regis potestatem.
imperiorum incolæ armati , Petram Aornim nomine
inanuaverunt. Hanc ab Hercule frustra obsecsam
it. Ipse , terræque motu coactum absistere , fama vul-
veniuerat. Inopem consilii Alexandrum , quia undi-
decus præceps , & arrupta rupes erat , senior qui-
uidam peritus locorum cum duobus filiis adiit , si pre-
quodm operi esset , aditum se monstraturum esse pro-
alexandritens. Octoginta talenta constituit daturum Ale-
xander , & altero ex juvenibus obside recento , ip-
sum ad exequenda , quæ obtulerat , dimisit. Levi-
tatis armatis dux datus est Mullinus scriba Regis.
beridios enim circuitu , qui fallerent hostem , in sum-
miudum jugum placebat evadere. Petra non , ut ple-
lique modicis , ac mollibus clivis in sublime fasti-
num crescit , sed in metu maximè modum erecta
cuius ima spatiofiora sunt , altiora in arctius
coeunt , summa in acutum cacumen exurgunt. Ra-
mantes ejus Indus amais subit , præaltis utriusque , &
sporis ripis. Ab alterâ parte voragini , eluviesque
ruptæ sunt. Nec alia expugnandi patebat via ,
quam ut replerentur. Ad manum sylva erat , quam
Rex

Rex ita cædi jussit, ut nudi stipes jacerent
 Quippe rami fronde vestiti impedissent ferentes
 Ipse primus truncam arborem jecit, clamorque ex-
 citus, index alacritatis, fecutus est; nullo den-
 tante munus, quod Rex occupasset. Intra se-
 mum diem cavernas expleverant, cum Rex sagin-
 rios, & Agrianos jubet per ardua niti. Juvenelius
 fortissimos ex suâ cohorte triginta delegit. Du-
 his dati sunt Charus, & Alexander, quem Re-
 nominis, quod sibi cum eo commune esset, admo-
 nuit. Ac primò, quia tam manifestum per-
 lum erat, ipsum Regem discrimen subire non
 placuit. Sed ut signum tubâ datum est, vir audi-
 ciæ promptæ, conversus ad corporis custodes, la-
 qui se jubet, primusque invadit in rupe. Nec deinde
 quisquam Macedonum substitit: relictisque fu-
 tionibus suâ sponte Regem sequebantur. Multorum
 miserabilis fuit casus, quos ex præruptâ rupe li-
 sos amnis præterfluens hausit. Triste spectaculum
 etiam non periclitantibus. Cum verò alieno exitio
 quid ipsis timendum foret, admonerentur, in me-
 tum misericordiâ versâ, non extinctos, sed semel
 ipsis deflebant. Et jam eò per ventum erat, unde
 sine pernicie, nisi viatores redire non possent, in
 gentia saxa in subeuntes provolventibus Barbaris
 qui percussi, instabili, & lubrico gradu præcipi-
 tes recidebant. Evaserant tamen Alexander, &
 Charius, quos cum triginta delectis præmisserat
 Rex; & jam pugnare cominus cœperant. Sed, cum
 supernè tela Barbari ingererent, sepiùs ipsi ferie-
 bantur, quam vulnerabant. Ergo Alexander & no-
 minis sui, & promissi memor, dum acrius, quam

entius dimicat, confosus undique obruitur. Quem
 ut Charus jacentem relpexit, ruere iu hostem, om-
 niū præter ultiōnē immemor, cœpit: multos-
 que hastā, quosdam gladio interemit. Sed, cum tot
 incesserent manus, super amici corpus pro-
 trahuit exānimis. Haud secūs, quām pār erat, promp-
 tissimorum juvēnum, ceterorumque mil̄ tum interi-
 n Re commotus Rex, signum receptui dedit. Saluti
 admittit, quōd sensim, & intrepide le receperunt, &
 periculbari hostem depulisse contenti, non institere ce-
 re nob̄tibus. Cæterū Alexander, cūm statuisset desis-
 audire incepto, quippe nulla spes potiundæ Petρe of-
 fides, rebatur, tamen speciem ostendit in obsidione per-
 cderant. Nam & itinera obsideri jussit, & turres
 que suamoveri, & fatigatis alios succedere.

NOTAS.

guobilia. De poco nombre: desconocidas.
 gratium. Si te pagasen bien la diligencia.
 Circuito. Por rodeos, rodeando, para no ser vistos
 del enemigo.
 Modicis. No tiene las laderas cortas, y faciles: no
 son sus cordilleras de mucha espalda: no son faci-
 les de subir.
 Metæ. Maquina redonda, que termina en punta.
 Vir audaciæ. A'ejandro.
 Omnia. Sin pensar en otra cosa, que en vengarse
 Non institere. No perseguieron a los que se retiraban
 Speciem ostendit. Hizo del que.

CAPITULO XXVI.

*DETERMINA ALEJANDRO LEBANTAR EL SITIO;
baten los Barbaros: entra en Aornon: sacrificios
à los Dioses por la conquista.*

CUjus pertinaciâ cognitâ, Indi per biduum quidem, ac duas noctes, cum ostentatione non fiduciè modò, sed etiam victoriæ, epulati sunt, tympana suo moe pulsantes. Tertiâ verò nocte tympanorum quidem strepitus desierat audiri, ceterum ex totâ Petrâ faces refulgebant, quas accenderant Barbari, ut tutior esset ipsis fuga obscurâ nocte per invia saxa cursuris. Rex, Balacro, qui specularetur, præmisso, cognoscit Petram fugâ Indorum esse desertam. Tum dato signo, ut universi conclamarent, incompositè fugientibus metum incaussit. Multique, tanquam adesset hostis, per lublica saxa, perque invias cotes præcipitati occiderunt. Plures aliquâ membrorum parte mulctati, ab integris deserti sunt. Rex locorum magis, quam hostium victor, tamen magnæ victoriæ sacrificiis, & cultu Deûm satisfecit. Aræ in Petrâ locatae sunt Minervæ Victoriæque. Ducibus itineris, quos subire jusserat leviter armatos, et si promissis minorâ præstiterant, pretium cum fide redditum est Petræ, regionisque ei adjunctæ, Sosocosto tutela permissa.

NOTAS.

Integris. *Los que no habian recibido daño alguno.*
Ducibus. *A los guias.*

CAPITULO XXVII.

ITTO: PASA A EC BOLIMA, Y DE ALLI AL INDO,
ios salte al encuentro Omptas, y hace entrega de su
reino en manos de Alejandro.

qui- Nde processit Ecbolima. Et, cum angustias iti-
non neris obsideri viginti millibus armatorum ab
iunt, Eryce quodam comperisset, gravius agmen
nocte tercitus Coeno ducendum modicis itineribus tra-
, ca- didit. Ipse prægressus cum funditore, ac sagittario,
cen- deturbatis, qui obfederant saltum, sequentibus se
courà copiis viam fecit. Indè sive odio Ducis, sive gra-
qui- tiam victoris Regis inituri, Erycen fugientem adorti
In- interemerunt, caputque ejus, atque arma ad Ale-
versi xandrum detulerunt. Ille facto impunitatem dedit,
a in- honorem denegavit exemplo. Hinc ad flumen In-
lu- dum sextis decimis castris pervenit, omniaque, ut
occisi- præceperat, ad trajiciendum præparata ab Hephaes-
tati, tione reperit. Regnabat in ea regione Omphis qui
dám parti quoque fuerat auctor dedendi Regnum Ale-
ciis, dro, & post mortem parentis Legatos miserat,
sunt qui consulerent eum, regnare se interim vellet, an
su- privatum opperiri ejus adventum? permissoque,
no- ut regnaret, non tamen jus datum usurpare susti-
Pe- nouit. Is benignè quidem exceperat Hephestionem,
tela gratuitum frumentum copiis ejus admensus: non
tamen ei occurrerat, ne fidem ullius, nisi Regis
experiretur. Itaque venienti obviam cum armato
exercitu egressus est. Elephanti quoque per modica
intervalla militum agmini immixti, procul castel-

Iorum fecerant speciem. Ac primò Alexander non socium, sed hostem adventare credebat. Jamque & ipse arma milites capere, & equites discedere in cornua jussérat, paratos ad pugnam. At Indus, cognito Macedonum errore, jussis subsistere cæteris, ipse concitat equum, quo vehebatur. Idem Alexander quoque fecit, sive hostis, sive amicus occurseret, vel sua virtute, vel illius fide tutus. Coivere, quod ex utriusque vultu posset intelligi, amicis animis: cæterum sine interprete non poterat conscripsi-
mo. Itaque adhibito eo, Barbarus occurrisse se dixit cum exercitu, totas Imperii vires protinus traditurum, nec expectasse, dum per nuntios daretur fides. Corpus suum, & Regnum permittere illi, quem sciret gloriae militan-
tem, nihil magis, quam famam timere perfidia.

NOTAS.

Cum funditore. Con la tropa, de arco, y onda. Privatum. De particular: como un particular, no co-
mo Rei.

Gratuitum ... admensis. Dando de valde.

Venienti. Salio al encuentro à Alejandro, que iba lle-
gando.

Fecerant speciem. Parecian desde lejos.

Militantem. Que no perdonaba à trabajo por adquirir
gloria.

Famam. La nota de no ser hombre de su palabra: de
ser tenido por infiel, y traidor.

CAPITULO XXVIII.

HACE OMPHUS MAGNIFICOS PRESENTES A
Alejandro , y este mayores à Omphis : sentimiento de
los Masedonios : libertad , que se tomó
Meleagro.

Lætus simplicitate Barbari Rex , & dexteram fidei suæ pignus dedit , & Regnum restituit . LVI elephanti erant , quos tradidit Alejandro , multaque pecora eximiæ magnitudinis , cau- tos ad tria millia , pretiosum in ea regione , accep- tunque animis regnantium , armentum . Quarenni Alejandro , plures agricultores haberet , an milites , cum duobus Regibus bellanti sibi , majore militum , quin aggressum manu opus esse respondit . Abisares , & Potus erant . Sed in Poro eminebat auctoritas . Utique ultra Hydaspen amnem regnabat . Et belli fortunam , quisquis arma inferret , experiri decre- verat . Omphis , permittente Alejandro , & Re- gium insigne sumpsit : & more gentis suæ , nomen quod patris fuerat , Taxilem appellavere popula- tes , sequente nomine Imperium , ita quemcumque transiret . Ergo , cum per triduum hospitaliter Ale- xandrum accepisset : quarto die , & quantum fru- menti copiis , quas Hephestion duxerat , prebi- tum à se esset , ostendit , & aureas coronas ipsi , amicisque omnibus , præter hæc signati argenti oc- toginta talenta dono dedit . Quâ benignitate ejus Alexander mirè latus , & quæ is dederat , remisit , & mille talenta ex prædâ , quam yerebat , adje-

cit, multaque convivalia ex auro, & argento va-
sa, plurimum Persicę vestis, triginta equos ex suis
cūm iūdem insignibus, queis assueverant, cūm ip-
sum veherent. Quæ liberalitas, sicut Barbarum ob-
trinxerat, ita amicos ipsius vehementer offendit.
E quibus Meleager super cenam largiore vino ulus,
gratulari se Alexandro dixit, quod saltem in Indiā
repetisset dignum talentis mille. Rex haud oblitus,
quām egrè tulisset, quod Clytum ob linguæ tem-
ritatem occidisset, iram quidem tenuit, sed dixit,
invidos homines nibil aliud, quam ipsorum esse tor-
menta.

NOTAS.

Simplicitate. Gustando, y agradandose de la sencillez
de Omphis.

Patris. Que habia tenido su padre: con que se habia
llamado su padre.

Sequente. Siendo consiguiente el nombre de Tasiles al
ser Rei.

Convivalia. Vasos para los convites: vasos de mesa.

Quam ipsorum. Que de consumirse á si mismos: de
pudrirse las entrañas.

CAPITULO XXIX.

EMBAJADORES DE LOS ABISARES: CONSIGUEN
la paz: no quiere sugetarse Poro: descripcion
del ejercito deste gran Rei.

POstero die Legati Abisaræ adiere Regem. Om-
nia ditioni ejus, ita, ut mandatum erat,

permittebant, firmatâque invicem fide remittuntur ad Regem. Porum quoque nō mainis sui famâ ratus ad deditonem posse compelli, misit ad eum Cleocharem, qui denuntiaret ei, ut stipendium penderet, & in primo finium suorum aditu occurreret Regi. Porus alterum ex his facturum sese respondit, ut intranti Regnum suum præstare esset, sed armatus. Jam Hydaspen Alexander superare decreverat, cùm Barzaentes defectionis Arachosis auctor, vincitus, trintaque elephanti simul capti perducuntur, opportunum adversus Indos auxilium; quippe plus in belluis, quam in exercitu spei, aut virium illis erat. Gamaxusque Rex exiguae partis Indorum, qui Barzaenti se conjunxerat, vincitus adductus est. Igitur trasfugâ & Regulo in custodiam dato, elephantis autem Taxili traditis, ad amnem Hydaspen pervenit. In cuius ulteriore ripâ Porus confederat, transitu prohibiturus hostem. LXXXV elephantos objecerat eximio corporum robore, ultraque eos currus CCC. & peditum XXX ferè millia: in quies erant sagittarii (sicut antè dictum est) gravioribus telis, quam ut aptè excuti possent. Ipsum vehebat elephantis super cæteras belluas eminens: armaque auro, & argento distincta corpus raræ magnitudinis honestabant. Par animus robori corporis, & quanta inter rudes poterat esse sapientia. Macedonas non conspectus hostium solùm, sed etiam fluminis, quod transeundam erat, magnitudo deterrebat. Quatuor in latitudinem stadia diffulum profundo alveo, & nusquam vada aperiente, speciem vasti maris fecerat. Nec pro spatio aquarum late stagnantium impetum coercebat, sed

quasi in arctum coeuntibus ripis, torrens, & elsum ferebatur; occultaque saxa inesse ostendebant pluribus locis unde repercussæ. Terribilior erat facies ripæ, quam equi, virique compleverant. Stabant ingentes vastorum corporum moles, & de industria irritatæ horrendo stridore aures fatigabant. Hinc hostis, hinc amans, capacia quidem bonæ spci pectora, & sèpè se experta improviso tamen pavore percusserant. Quippe instabiles rates nec dirigi ad ripam, nec tuto applicari posse credebant. Erant in medio amne insulæ crebræ, in quas Indi, & Macedones nantes, levatis super capita armis, transibant. Ibi levia prælia conferebantur, & uterque Rex parvæ rei discrimine, summe experiebatur eventum.

NOTAS.

Ratus. Pensando Alejandro.

Ut. Es à saber, el estar pronto.

Corpus. El de el Rei Poro.

Et quanta. Y sabio en cuanto cabia en hombres tan salvajes.

Sed quasi. Sino que como si vinieran ajuntarse las riberas, y le estrechasen la madre, corre rapido, y con remolinos, y las aguas que en muchns partes se estrellan, daban a conocer, que habia ocultos bagios, y peñas.

Capacia. Habia acobardado repentinamente el corazon de los Macedonios aunque capaces de grandes cosas, aunque podian prometerse grandes cosas, y tener buenas esperanzas, y se conocian mui bien por la experientia, que de si mismos tenian.

CAPITULO XXX.

*TEMERIDAD DE SIMMACO , Y NICANOR:
estratagema de Alejandro.*

Æterum in Macedonum exercitu temeritate,
atque audaciâ insignes fuere Symmachus , &
Nicanor , nobiles juvenes , & perpetuâ partium
felicitate ad spernendum omne periculum accensi:
que s' ducibus , promptissimi juvenum lanceis mo-
dò armati tranavere in insulam , quam frequens
hostis tenebat , multosque Indorum nullâ re magis ,
quam audaciâ armati , interemerunt . Abire cum
gloriâ poterant , si unquam temeritas felix inver-
nit modum Sed , dum supervenientes contemp-
sim , & superbè quòque expectant , circumventi ab
his , qui occulti enataverant , eminùs obruti telis
sunt . Qui effugerant hostem , aut impetu amnis abla-
ui sunt , aut vorticibus impliciti . Eaque pugna
multum fiduciam Pori erexit , cuncta cernentis è
ripa . Alexander inops consilii tandem ad fallendum
hostem talem dolum intendit . Erat insula in flumi-
ne amplior cæteris , sylvestris eadem , & tegendis
indidus apta . Fossa quoque præalta , haud procul
è ripa , quam tenebat ipse , non pedites modò ,
sed etiam cum equis viros poterat abscondere . Ut
igitur à custodiâ hujus opportunitatis oculos hos-
tium averteret , Ptolemæum cum omnibus turmis
pœquitare jussit procul insulâ , & subinde Indos
clamore terrere , quasi flumen tranaturus foret .
Per complures dies Ptolemæus id fecit , eoque con-
fi.

filio Porum quoque agmen suum ei parti, quam si
 petere simulabat, coegit advertere. Jam extra con-
 pectum hostis insula erat. Alexander in diversa
 parte ripæ statui suum tabernaculum iussit, assue-
 tamque comitari ipsum cohortem ante id taber-
 naculum stare, & omnem apparatum Regiæ mag-
 nificentiæ hostium oculis de industria ostendi. At
 talum etiam æqualem sibi & haud disparem habitu-
 oris, & corporis, utique cum procul viseretur,
 veste Regiæ exornat, præbiturum speciem, ipsum
 Regem illi ripæ præsidere, nec agitare de transi-
 tu. Hujus consilii effectum primò morata tempe-
 tas est, mox adjuvit, incommoda quoque ad bonos
 eventus vertente fortunā. Trajicere amnem cum
 ceteris copiis in regionem insulæ, de qua antè dic-
 tum est, parabat, averso hoste in eos, qui cum
 Ptolemæo inferiorem obsederant ripam, cum pro-
 cella imbre vix sub testis tolerabilem ostudit,
 obrutique milites nimbo in terram refugerunt,
 navigiis, ratibusque desertis. Sed tumultuantum
 tremitus, obstrepentibus ripis, ab hoste non po-
 terat audiri. Deinde momento temporis repressus
 est imber. Cæterum adeò spissæ intendere se nu-
 bes, ut conderent lucem, vixque colloquentium
 inter ipsos facies noscitareret. Terruisset alium
 obducta nox cœlo, cum ignoto amne nayan-
 dum esset, forsitan hoste eam ipsam ripam, quam
 cæci, atque improvidi, & ex periculo gloriam ac-
 cersentes petebant, occupante: obscuritatem, que
 ceteros terrebat, suam occasionem ratus, dato sig-
 no, ut omnes silentio ascenderent in rates, eam,
 quā ipse vehebatur, primam iussit expelli. Vacua
 erat

ent ab hostibus ripa, quę petebatur. Quippe ad-
hoc Porus Ptolemęum tantum intuebatur. Una er-
go navi, quām petræ fluctus illiserat, hærente,
terè evadunt. Armaque capere milites, & ire
in ordinem jussit.

NOTAS.

- At. Aut impetu. O los arrebató la corriente.
 - abitu. Induciam erexit. Dio nuevos animos, y mayores espe-
ranzas.
 - psum. Talem dolum intendit. Pensó este estratagema: dio
ansि. en este ardido.
 - npeſ. Adverteſe. Mover sus tropas ácia aquella parte.
 - onos. Custodia. Par esconder de la vista de los enemigos la
cum ventaja de este lugar.
 - : dic. Averſo. Divertido el enemigo, y haciendo frente á los.
 - pro. Ex periculo. Y buscando mayor gloria de su mayor pe-
ligrío.
 - udit. Ratus. Pensando Alejandro que era aquella ocasión.
 - runt. Tantum intuebatur. Tenía puesta toda su mira, y
tism cuidado.
-

CAPITULO XXXI.

DASE LA BATALLA: DISPOSICIONES DE PORO:
leve daño de ambas partes: nuevas providencias
de Poro: ordenes de Alejandro.

J Amque agmen in cornua divisum ipse ducebat,
que cùm Poro nuntiatur, armis virisque ripam ob-
fig. luteri, & rerum a deſſe diſcriben. Ac primò humani
2m, ingenii vitio, ſpei ſuæ indulgens, Abifarem belli
1em ſocium (& ita convenerat) adventare credebat.
erat

Mox liquidiore luce aperiente hostem, centun
quadrigas, & quatuor millia equitum venienti ag-
mini objecit. Dux erat copiarum, quas præmisit,
Hages frater ipsius. Summa virium in curribus. Se-
nos viros singuli vehebant, duos clypeatos, duos
sagittarios ab utroque latere dicoitos, cæteri au-
rigæ erant haud sâne inermes. Quippe jacula com-
plura, ubi cominus præliandum erat, omissis ha-
benis, in hostem ingerebant. Cæterum vix ullus
usus hujus auxilii eo die fuit. Namque (ut suprà
dictum est) imber violentius, quam alias fulus;
campos lubricos, & inequitabiles fecerat: grave-
que, & propemodum immobiles currus illuvie,
& voraginibus hærebant. Contra Alexander, expe-
dito, ac levi agmine strenue inventus est. Scythe
& Dahæ primi omnium invasere Indos. Perdiccam
deinde cum equitibus in dextrum cornu hostium
emisit. Jam undique pugna se moverat, cum si
qui currus agebant, illud ultimam auxilium suo-
rum rati, effussis habenis in medium discri-
men ruere cœperunt. Anceps id malum utrisque erat.
Nam & Macedonum pedites primo impetu obte-
rebantur, & per lubrica, atque invia immisi
currus excutiebant eos, à quibus regebantur.
Aliorum turbati equi non in voragini modo,
cunasque, sed etiam in amnem præcipitavere cur-
ricula. Pauci tamen hostium tenus exacti penetra-
vere ad Porum, acerrimè pugnam carentem. Is ut
dissipatos totâ acie currus vagari sine rectoribus
vidit, proximis amicorum distribuit elephantes.
Post eos posuerat pedites, ac sagittarios tympana
pulsare solitos. Id pro canta tubarum Indis erat:

et strepitū eorum movebantur, olim ad notum
 tum suum auribus mitigatis. Herculis simulacrum ag-
 ag-
 mini peditum præferebatur. Id maximum erat
 iste, bellantibus incitamentū : & deferrisse gestantes
 Se- militare flagitium habebatur. Capitis enim sanxe-
 luos aut pœnam ijs, qui ex acie non retulissent, me-
 au- n, quem ex illo hoste quondam conceperant,
 om- iam in religionem, venerationemque converto.
 ha- Macedonas non belluarum modò, sed etiam ip-
 llus Regis aspectus parumper inhibuit. Belluæ dis-
 iprà positæ inter armatos speciem turrium procul fece-
 ins; nt. Ipse Porus humanæ magnitudinis propemo-
 ves- dum excesserat formam. Magnitudini Pori adjicere
 vie, idebatur bellua, quā vehebatur, tantum inter cæ-
 xpe- stas eminens, quantum alius ipse præstabat. Itaque
 the Alexander contemplatus & Regem, & agmen In-
 cam- orum : Tandem, inquit, par animo meo periculum vi-
 rum. Cum bestiæ simul, & cum egregiis viris res est.
 ji, cœvensque Cœnon : Cum ego, inquit, Ptolomæo, Per-
 uo- dicaque, & Hephaestione comitatus, in levum hostium
 nen- tenui impetum fecere, viderisque me in medio ardore cer-
 rat. taminis, ipse dextrum move, & turbatis signa infer.
 ce- Tu, Antigone, & tu, Leonate, & Tauron, invebim-
 nissi- ii in medium aciem, & urgebitis frontem. Hastæ nos-
 cur. tre prælongæ, & validæ, non alias magis, quam ad-
 la- versus belluas, rectoresque earum usui esse poterunt. De-
 ur- turbate eos, qui vebuntur, & ipsas confodite. Anceps
 ra- gonus auxilii est, & in suos acrius furit. In hostem
 at- inim imperio, in suos pavore agitur.

NOTAS.

Spei sue. Fiandose de sus esperanzas: dando por hecho
 lo que esperaba.

Liquidio. Descubriendo luz mas clara al enemigo.
Pauci. Pocos carros rompiendo por medio de los enemigos bolvieron.

Nec strepitum. Ni alborotaba los elefantes el ruido de los tambores bechos ya sus oidos à su sonido.

Gestantes. A los que llevan el Idolos à Hercules.

Retulissent. El simulacro de Hercules.

Ex illo. De Hercules, que hizo su expedicion à la india;

Anceps. Son los elefantes defensa peligrosa, y bue-
ve con mas furia contra los suyos.

CAPITULO XXXII.

*INCLINASE LA VICTORIA ACIA ALEJANDRO
buelven à rebacerse los vencidos, y à retirarse
los vencedores : vence finalmente
Alejandro.*

62 **J**Amque (ut destinatum erat) invaserat ordines hostium , cùm Coenus ingenti vi in lèvum cornu invehitur. Phalanx quoque in medianis Indorum aciem uno impetu prorupit. At Porus quà equitem invehiri senserat , belluas agi jussit. Sed tardum , & penè immobile animal , equorum velocitatem æquare non poterat. Nec sagittarum quidem ullus erat Barbaris usus. Quippe longas , & pregraves , nisi priùs in terra statuerent arcum haud satis aptè , & commodè imponunt: tum humero lubricâ , & ob id impediente conatum , mōientes ictus , celeritate hostium occupabantur.

o spredo Regis imperio (quod ferè fit , ubi tur-
matis acrius metus , quam Dux imperare cœpit)
tumidem erant Imperatores , quot agmina erra-
bant. Alius jungere aciem , alias dividere , stare
quidam , & nonnulli circumvehi terga hostium ju-
abant. Nihil in medium consulebatur. Poros ta-
nus cum paucis , quibus metu potior fuerat pu-
lio , colligere dispersos , obvius hosti ire pergit ,
phantosque ante agmen suorum agi jubet Mag-
num belluæ injecere terrorem , insolitusque stridor
equos modò , tam pavidum ad omnia animalia
viros quoque , ordinesque turbaverat. Jam fu-
circunspiciebant locum paulò antè victores ,
Alexander Agrianos , & Thracas leviter ar-
garios , meliorem concursatione , quàm cominùs
alitatem , emisit in belluas. Ingentem ij vim telo-
rum injecere & elephantis , & regentibus eos.
balanx quoque instare constanter territis cœpit.
ad quidam avidiùs persequuti , belluas in semet
mitavere vulneribus. Obtriti ergo pedibus earum ,
dineris , ut parciùs instarent , fuere documentum.
æcum recipue terribilis illa facies erat , cùm manu ar-
ediam virosque corriperent , & super se regentibus
oribus aderent. Anceps ergo pugna nunc sequentium
t. Sed arc fugientium elephantos , in multum diei va-
m certamen extraxit , donec securibus (id nam-
1 qui genus auxiliī præparatum erat) pedes amputa-
s , & cuperunt. Copidas vocant gladios leviter cur-
cum falcibus similes , queis appetebant belluarum
anus. Nec quidquam inexpertum , non mortis
modò , sed etiam in ipsa morte novi supplicii ti-
cor omittebat. Ergo elephanti vulneribus tandem
fa-

fatigati, suos impetu sternunt, & qui rexerant eos, præcipitati in terram ab ipsis obtereabantur. Itaque pecorum modo magis pavidi, quæm infesti ultra aciem exigeabantur; cùm Porus destitutus à pluribus, tela multò antè præparata, in circumfusos ex elephanto suo cœpit ingerere. Multisque eminos vulneratis, expositus ipse ad ictus undique petebatur. Novem jam vulnera hinc tergo, illinc pectora exceperat: multoque sanguine profuso, languidis manibus magis elapsa, quæm excussa tela mittebat. Nec segnius bellua instinctâ rabie nondum saucia invehebatur ordinibus, donec rector belluæ Regem conspexit fluentibus membris, omis-
sisque armis vix compotem mentis. Tam belluam in fugam concitat, sequente Alexandro. Sed equus ejus multis vulneribus confosus, deficiensque pro-
cubuit, posito magis Rege, quæm effuso. Itaque,
dum equum mutat, tardiùs inseguutus est.

NOTAS.

Molientes ictus. Haciendo la punteria: antes de dis-
parar.

Nihil in. Nada se hacia de comun acuerdo.

Meliorem. Mejores para las correrias, que para pie-
lear à pie firme.

Cùm manu Cuando agarraban con su trompa armas
y armados.

Novi. De algun nuevo tormento en la muerte que te-
mian les diesen estas irritadas fieras.

Ex gebantur. Echabanlos fuera del campo de bat-

Languidis. No tanto parecia que disparaba los dardos, como que los dejaba caer de sus manos debiles, y sin fuerzas.

Instinctâ rabie. Con la rabia instigada de su natural fieraça.

CAPITULO XXXIII.

NOBLES ACCIONES DE PORO: ES HECHO PRIMEROS: responde à Alejandro con grande entereza, y valor; honrale mucho Alejandro, y estiende sus dominios.

I Nterim frater Taxilis Regis Indorum præmis-
sus ab Alejandro, monere cœpit Porum: Ne
ultima experiri perseveraret, dederetque se victo-
ri. At ille quamquam exhaustæ erant vires, defi-
ciebatque sanguis, tamen ad notam vocem exci-
tatus: Agnosco, inquit, Taxilis fratrem, Imperii,
Regisque sui proditorem: & telum, quod unum
sorte non effuxerat, contorsit in eum, quod per
medium pectus penetravit ad tergum. Hoc ultimo
virtutis opere edito, fugere acrius cœpit. Sed Ele-
phantus quoque, qui multa exceperat tela, defi-
ciebat. Itaque sistit fugam, peditemque sequenti
hosti objecit. Jam Alexander consecutus erat, &
pertinaciâ Pori cognitâ, vetabat resistentibus par-
ti. Ergo undique & in pedites, & in ipsum Porum
tela congesta sunt, queis tandem gravatus, labi ex-
celluâ cœpit. Indus, qui elephantum regebat, des-
tendere eum ratus, more solito elephantum pro-

cumbere jussit in genua. Qui ut se submisit, ceteri quoque (ita enim instituti erant) demisere corpora in terram. Ea res & Porum, & cæteros viatoribus tradidit. Rex spoliari corpus Pori, intremptum esse credens, jussit, & qui detraherent loricam, vestemque; concurrere, cum bellua dominum tueri, & spoliantes cœpit appetere, levatumque corpus ejus rursus dorso suo imponere. Ergo telis undique obruitur, confossoque eo, in vehiculum Porus imponitur. Quem Rex ut vidit allevantem oculos, non odio, sed miseratione commotus: *Quæ, malum, inquit, amentia te coagit, rerum meorum cognitâ famâ, belli fortunam experiri, cum Taxilis effet in deditos clementiae meæ tam propinquum tibi exemplum?* At ille, *Quoniam*, inquit, percontaris, respondebo è libertate, quam interrogando fecisti. Neminem me fortiorem esse censem. Meas enim neveram vires, nondum expertus tuas. Fortiorem effe, belli docuit eventus. Sed ne sic quidem parvum felix sum, secundus tibi. Rursus interrogatus, quid ipse victorem statuere debere censeret: *Quod hic, inquit, dies tibi suader, quo expertus es, quam caduca felicitas effet.* Plus monendo profecit, quam si precatus esset. Quippe magnitudinem animi ejus interritam, ac nec fortunâ quidem infractam, non misericordiâ modò, sed etiam honore excipere dignatus. Ægrum curavit haud siccus, quam si pro ipso pugnasset: confirmatum, contra spem omnium, amicorum numerum recepit: mox donavit ampliore Regno, quam tenuit. Nec sane quidquam ingenium ejus solidius, haud constantius habuit, quam admirationem veræ laudis, & gloriæ. Simplicius

tamen famam aestimabat in hoste. Quippe à suis cre-
debat magnitudinem suam destrui posse, eamdem
clariorum fore, quod majores fuissent, quos ipse
viciasset.

NOTAS.

efluxerat. Tenia aun en sus manos: no habia dejado
caer.

Er. Peditemque. Y opuso sus infantes al enemigo, que
ve. iba à su alcance.

Me. Jussit in. Hizo se postrase.

mo. Confossoque. Y muerto el elefante.

ne. Que, malum. Que locura fue la tuya, noramala para
Ta. ella, que quisiste: que fueses tan loco, mal pecado,
uum que quisieses.

con. Sed ne. Pero no es poca honra mia, que no baia
o se. otro maior que yo, sino es tu.

min. Confirmatum. Convalecido ya.

eff. Nec sanè. Nada tubo à la verdad Alejandro mas fijo
felis en su corazon, ni le fue mas natural.

ipse. Simplicius. Hacia mas justicia en la gloria, y fama,
quod que se debia à sus enemigos, que à los Macedonios.





LIBER NONUS.

CAPITULO I.

*PREMIA ALEJANDRO A SUS SOLDADOS: FUN
da dos Ciudades: embajada de Abisares: respuesta
de Alejandro.*

34



Lexander tam memorabili victoria lx.
tus, quâ sibi Orientis fines apertos ivum,
esse censebat, Soli victimis cefis, se
milites quoque, quò promptioribus
animis reliqua belli munia obirent,
pro concione laudatos docuit: Quid celeb.
quid Indis virium fuisse, illà dimicatione prostra- ma.
tum, cæteram opimam prædam fore, celebratasque Mare.
opes in eâ regione eminere, quam peterent: proinde Materi
jam vilia, & absurda esse spolia de Persis: gemmis,
margaritisque, & auro, atque ebore Macedoniam,
Græciamque, non suas tantù n domos repleturum. Avi- Rarit
di milites & pecunię, & glorię, simul, quia nun- DESC
quam affirmatio ejus fecellerat eos, pollicentur su
operam. Dimissisque cum bona spe, navigia ædifi-
cari jubet, ut cum totam Asiam percurrisset, finem
terrarum mare inviseret. Multa materia navalis in
proximis montibus erat. Quam cædere aggressi,
magnitudinis inusitatę reperere serpentes. Rhinoceros
mian

erotes quoque, rarum alibi animal, in iisdem montibus erant: ceterum hoc nomen belluis eis inditum à Græcis, sermonis ejus ignari aliud lingua suâ usurpat. Rex duabus urbibus conditis in iugâ fluminis, quod superaverant, ripâ, copiam Duces coronis, & mille aureis singulos dedit. Ceteris quoque proportione, aut gradu, quem in miliciâ obtinebat, aut navatæ operæ, honos abitus est. Abisares, qui prius quam cum Poro dicaretur, Legatos ad Alexandrum miserat, rursus illos misit, pollicentes omnia facturum, quæ imperasset, modò ne cogeretur corpus suum dedere. Neque enim ut fine Regio Imperio victorum, aut regnaturum esse capaces sum. Cui Alexander nuntiari jussit, si gravaretur ibus se venire, ipsum ad eum esse venturum.

NOTAS.

Celebratas. Y en aquella tierra, adonde iban, eran mas las riquezas; que lo que se ponderaba, y decia. Mare. Al mar, que pone fin à la tierra. Materia navalis. Madera para construir navios. Rarum. Que se halla en pocas partes.

CAPILULO II.

DESCRIPCION DE LO INTERIOR DE LA INDIA:
sugeta algunas Ciudades, y entregansele otras.

Hinc Poro, amneque superato, ad interiora Indiæ processit. Sylvæ erant propè in immensum spatiū diffusæ; procerisque: & in eximiam altitudinem editis arboribus umbrosæ. Plerique

que rami instar ingentium stipitum flexi in humum,
 rursus, quā se curvaverant, erigebantur, adeò, ut
 species esset non rami resurgentis, sed arboris ex
 suā radice generatæ. Cœli temperies salubris; quip-
 pe, & vim Solis umbrę levant, & aquę largę ma-
 nant è fontibus. Cæterūm hīc quoque serpentum
 magna vis erat, squamis fulgorem auri redentibus.
 Virus haud ullum magis noxium est. Quippe mor-
 sum præsens mois sequebatur, donec ab incolis re-
 medium oblatum est. Hinc per deserta ventum est ad
 flumen Hydraoten. Junctum erat flumini nemus
 opacum arboribus alibi inusitatis, agrestiumque
 pavonum multitudine frequens. Castris inde motis,
 oppidum haud procùl positum corona capit; ob-
 fidibusque acceptis, stipendum imponit. Ad mag-
 nam deinde (ut in ea regione) urbem pervenit, non
 muro solùm, sed etiam palude munitam. Cæterūm
 Barbari vehiculis inter se junctis dimicaturi occur-
 rerunt. Aliis tela, aliis hastæ, aliis secures erant.
 Transfiebantque in vehicula strenuo saltu, cùm suc-
 currere laborantibus suis vellent. Ac primò insolitum
 genus pugnæ Macedonas terruit, cùm eminus
 vulnerarentur. Deinde spreto tam incondito agni-
 ne; ab utroque latere vehiculis circumfusi, repugna-
 tes fodere cœperunt. Et Rex vincula, queis conserta
 erant, jussit incidi, quò faciliùs singula circum-
 venientur. Itaque octingentis suorum amissis, in
 oppidum refugerunt. Postero die scalis undique
 admotis, muri occupantur. Paucis pernicitas salu-
 ti fuit, qui cognito urbis excidio, paludem trans-
 vere, & in vicina oppida ingentem intulere terro-
 rem, invictum exercitum, & Deorum profecto, ad-

venisse, memorantes. Alexander, ad vastandam
regionem, Perdicca cum expeditâ manu mis-
so, partem copiarum Eumenit tradit, ut is quo-
que Barbaros ad deditonem compelleret. Ipse cæ-
teros ad urbem validam, in quam aliarum quóque
confugerant incolæ, duxit. Oppidani, missis, qui
Regem deprecarentur, nihilominus bellum para-
vunt. Quippe orta seditio in diversa consilia didu-
cerat vulgum. Alii omnia ditione potiora, qui-
am nullam opem in ipsâ esse ducebant. Sed, dum
shil in commune consultitur, qui ditioni immi-
ebant, apertis portis hostem recipiunt. Alexan-
der, quamquam belli auctoribus jure poterat iras-
cere, tamen omnibus veniâ datâ, & obsidibus accep-
tis, ad proximam deinde urbem castra movit. Ob-
nides ducebantur ante agmen: quos cùm è muris
rûm agnovissent, utpote gentis ejusdem, in colloquium
cur convocaverunt. Illi clementiam Regis, simulque
commemorando, ad ditionem eos compu-
re. Cæterasque urbes simili modo deditas in fidem
sollicitarcepit.

NOTAS.

Præsens. Repentina, luego al punto.

Tam incondito. Tan sin orden.

Fodere. A berir.

Seditio. Hizo una sedicion, el que fuesen mui varios,
y diversos los pareceres del vulgo.

In commune. De comun acuerdo, y para el comun.

Imminebant. Se inclinaban à entregarse.

CAPITULO III,

*COSTUMBRE DE LOS SOFITOS: TRAJE DE SU
Rei, y su entrega: perros notables en bacer presa:
entregase Felegas Rei.*

A6 **H**inc in Regnum Sophitis perventum est. Gens, ut Barbari; sapientia excellit, bonisque moribus regitur. Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt, aluntque, sed eorum, quibus spectandi infantium habitum cura mandata est. Si quos insignes, aut aliqua membrorum parte inutiles notaverunt, necari jubent. Nuptiis coeunt, non genere, ac nobilitate conjunctis, sed electâ corporum specie: quia eadem aestimatur in liberis. Hujus gentis oppidum, cui Alexander admoverat copias, ab ipso Sophite obtinebatur. Clausæ erant portæ, sed nulli in muris, turribusque se armati ostendebant. Dubitabantque Macedones, deseruiscentne urbem incolæ, an fraude se occulerent: cum subito præfatâ portâ Rex Indus cum duobus adultis filiis occurrit, multum inter omnes Barbaros eminens corporis specie. Vestis erat auro, purpuraque distincta, que etiam crura velabat. Aureis soleis insuerat gemmas. Lacerti quoque, & brachia margaritis ornata erant. Pendebant ex auribus insignes candore, & magnitudine lapilli. Baculum aureum berylli distinguebant. Quo tradito, precatus, ut sospes acciperet, se liberosque, & gentem suam dedidit. Nobiles ad venandum canes in ea regione sunt. Latratu abstinere dicuntur, cum

videre feram, leonibus maximè infesti. Horum vim ut ostenderet Alexandro, in conspectu leonem eximia magnitudinis jussit emitti, & quatuor omnino admoveri canes. Qui celeriter occupaverunt feam: cùm ex iis, qui assueverant talibus ministeriis, unus canis leoni cum aliis inhærentis crus avelere, & quia non sequebatur, ferro amputare coœtit, nec sic quidem pertinaciâ viçtâ, rursus aliam partem secare instituit, & inde non segniùs inhærentem, ferro subinde cædebat. Ille in vulnere ferentes moribundus quoque fixerat. Tantam in illis animalibus ad venandum cupiditatem ingenerasse naturam memorię proditum est. Evidem plura transcribo, quām credo. Nam nec affirmare sustineo, de quibus dubito, nec subducere, quæ accepi. Relicto igitur Sophite in suo Regno, ad flumen Hypasin processit, Hephaestione, qui diversam regionem subegerat, conjuncto. Phegeles erat gentis proximæ Rex, qui popularibus suis colere agros, ut assueverant, jussis, Alexandro cum dominis occurrit, nihil, quod imperaret, detrectans.

NOTAS.

Insignes. *Disformes*: contrabechos.

Uc sospes. *Que lo recibieſſe en buen hora*.

Cum ex his. *El regimen es este* cum unus (*un cazaror*) ex his, qui assueverant talibus ministeriis, coepit avellere crus canis inhærentis Leoni cum aliis. *Quando uno de los Monteros*, bechos à la caza tiró de una pierna à un perro, que con otros había hecho presa del león; y porque no soltaba, y le seguía, empezó à cortar etc.

Subducere. *Passar en blanco*: omitir.

CAPITULO IV.

INFORMASE ALEJANDRO DE COSAS PERTENECientes à su marcha : descripcion de los Gangaridas, y Prafios : no acierta á resolverse en lo que ha de hacer.

BIduum apud eum substitut Rex : tertio die am nem superare decreverat , transitu difficilem, non spatio solum aquarum , sed etiam saxis impeditam. Percontatus igitur Phegelem , quæ noscenda erant , undecim dierum ultra flumen per vastas solitudines iter esse cognoscit : excipere deinde Gangem maximum totius Indiæ fluminum : ulteriorem ripam colere gentes Gangaridas , & Pharfafios ; eorumque Regem esse Agrammen , vigin ti millibus equitum , ducentisque peditum obsiden tem vias : ad hæc quadrigarum duo millia trahere , & præcipuum terrorem elephantos , quos trium millium numerum explere dicebat. Incredibilia Regi omnia videbantur. Igitur Porum (nam cum eo erat) percontatur , an vera essent , quæ dicerentur. Ille vires quidem gentis , & Regni haud falso ja ctari affirmat , Cæterum qui regnaret , non modo ignobilem esse , sed etiam ultimæ sortis : quippe patrem ejus tonforem vix diurno quæstu propulsantem famem , propter habitum haud indecerum , cordi fuisse Reginæ , ab eâ in propriorem ejus , qui tum regnasset , amicitiæ locum admotum , interfecto eo per insidias , sub specie tutelæ liberum ejus , invasisse Regnum , necatisque pueris , hunc qui nunc regnat , generasse , invisum , vilemque popularibus , magis pater-

ne fortunæ, quæm suæ memorem. Affirmatio Pori multiplicem animo Regis injecerat curam. Hostem, belluasque spernebat; situm locorum, & vim fluminum extimescebat. Relegatos in ultimum penè rerum humanarum persequi terminum, & eruere, arduum videbatur. Rursùs avaritia gloriæ, & insatiabilis cupido famæ; nihil invium, nihil removum videri sinebat. Et interdum dubitabat, an Maledones tot emensi spatia terrarum, in acie, & in castris senes facti, per objecta flumina, per tot naturæ obstantes difficultates, secuturi essent. Abundantes, onusque prædâ, magis partâ fruivelle, quæm acquirendâ fatigari. Non idem sibi, militibus animi effet. Se totius orbis imperium mente complexum, Adhuc in operum suorum primordioflare, militem labore defatigatum, proximum quemque fructum finito tandem periculo expetere. Vicit ergo cupido rationem, & ad concionem vocatis militibus, ad hunc maximè modum differuit.

NOTAS.

Excipere. Se viene después à dár: siguese despues.

Quippe. Como quien tenia por padre à un Barbero, que apenas sacaba para comer con su trabajo.

In propriorem. A los mayores ascensos, y mas de su confianza.

Magis. Y que procedia mas como hijo de tan vil Padre, que como Rei.

Eruere. Buscar con diligencia.

Parta. Del butin, y despojo habido, que por haber.

Proximum. Como diese fin à las guerras, el mas

prob-

pronto, y primer fruto de ellas era el que les contentaba, ó deseaban mas.

Rationem. La fuerza de las razones, que acaba de proponerse.

CAPITULO V.

ORACION DE ALEJANDRO A SUS SOLDADOS, para animarlos à mayores empresas.

NON ignoro, milites, multa, quæ terrere vos possent, ab incolis Indiæ per hos dies de industria esse jaætata. Sed non est improvisa vobis mentientium vanitas. Sic Ciliciæ fauces, sic Mesopotamia campos, Tigrim, Ὡ Eufratrem, quorum alterum vadò transivimus, alterum ponte, terribilem fecerant Persæ. Nunquam ad liquidum fama perducitur: omnia, illa tradente, majora sunt vero. Nostra quoque gloria, cùm sit ex solido, plus tamen habet nominis, quam operis. Modo quis belluas offerentes mœnium speciem, quis Hydaspen amnem, quis cœtera auditu majora, quam vero, sustinere posse credebat? Olim berculè fugissemus ex Asia, si vos fabulae debellare potuissent. Creditisne elephontorum greges majores esse, quam usquam armentorum sunt? Cùm Ὡ rarum sit animal, nec facile capiatur, multoque difficultius mitigetur. At qui eadem vanitas copias peditum, equitumque numeravit. Jam flumen quò latius fusum est, hoc placidius stagnat. Quippè angustis ripis coercita, Ὡ in artiore alveum elisa, torrentes aquas invehunt: contra spatio alvei segnior cursus est. Præterea in ripa omne periculum

iam est, ubi applicantes navigia hostis expectat. Ita
 quantumcumque flumen intervenit, idem futurum dis-
 trimen est evadentium in terram. Sed omnia ista vera
 esse fingamus. Utrumne vos magnitudo belluarum, an
 multitudine hostium terret? Quod pertinet ad elephantos,
 praesens habemus exemplum: in suos vehementius, quam
 in nos incurrerunt. Tam vasta corpora securibus, fal-
 cibusque mutilata sunt. Quid autem interest, rotidem
 sint, quot Porus habuit, an tria millia, cum, uno, aut
 altero vulneratis, ceteros in fugam declinare videamus?
 Deinde paucos quoque incommodè regunt: congregata verò
 tot millia ipsa se elident, ubi nec stare, nec fugere potue-
 rint inhabiles vastorum corporum moles. Evidem sic
 animalia ista contempsi, ut, cum haberem, ipse non
 opposuerim satis gnarus, plus suis, quam hostibus peri-
 culi inferre. At enim equitum, peditumque multitudo
 vos commovet. Cum paucis enim pugnare soliti estis, &
 nunc primum inconditam sustinebitis turbam: Testis ad-
 versus multitudinem invicti Macedonum roboris Grani-
 cus amnis, & Cilicia inundata cruento Persarum, &
 Arbelia, cuius campi devictorum à nobis ossibus strati
 sunt. Serò hostium legiones numerare coepistis, postea-
 quam solitudinem in Asia vincendo fecistis. Cum per
 Helleponsum navigaremus, de paucitate nostrâ cogi-
 tandum fuit. Nunc nos Scythæ sequuntur: Bactriana
 auxilia præstò sunt: Dahæ, Segdianique inter nos mi-
 litant. Nec tamen illi turbæ confido. Vestræ manus in-
 tueror: vestram virtutem, rerum, quas gesturus sum,
 vadem, prædemque habeo. Quandiu vobiscum in acie
 fabo, nec meos, nec hostium exercitus numeraverso.
 Vos modò animos mihi plenos alacritatis, ac fiducia
 adhibebo. Non in limine operum, laborumque nostrorum,
 sed

sed in exitu stamus. Pervenimus ad Solis ortum, &
 Oceanum: nisi obstat ignavia, inde viatores, per domi-
 to fine terrarum, revertemur in patriam. Nolite (qui
 pigri agricolæ faciunt) maturos fructus per inertiam
 amittere ē manibus. Majora sunt periculis præmia. Di-
 ves eadem, & imbellis est regio. Itaque non tam ad
 gloriam vos duco, quād ad prædam. Digni estis, qui
 opes, quas illud mare littoribus invehit, referatis in
 patriam. Digni, qui nibil inexpertum, nibil metu omis-
 sum relinquatis. Per vos, gloriamque vestram, qua bu-
 manum fastigium exceditis, perque & mea in vos, &
 in me vestra merita, quibus invicti contendimus, ore,
 quæsoque, ne humana rerum terminos adeuntem,
 alumnū, commilitone inque vestrum, ne dicam Re-
 gem, deseratis. Cetera vobis imperavi, hoc unum de-
 biturus sum. Et is vos rogo, qui nibil umquam vobis
 præcepi, quin primus me periculis obtulerim, qui sæpe
 aciem clypeo meo texi, ne infringere tis in manibus meis
 palmarum, quā Herculem, Liberumque Patrem, si in-
 vidia abfuerit, æquabo. Date hoc precibus meis, &
 tandem obstinatum silentium rumpite. Ubi est ille cla-
 mor, alacritatis vestræ index? Ubi est ille meorum Ma-
 cedonum vulnus? Non agnosco vos, milites, nec agnosc
 videoꝝ à vobis. Surdas jamdudum aures pulso. Aver-
 sos animos, & infractos excitare conor. Cumque illi
 in terram demissis capitibus tacere perseverarent:
 Nescio quid, inquit, imprudens in vos deliqui, quod
 me ne intueri quidem vultis. In solitudine mibi video
 esse. Nemore respondet, nemo saltem negat. Quos alloquor?
 Quid autem postulo? vestram gloriam, & magnitudi-
 nem vindicamus. Ubi sunt illi, quorum certamen pau-
 lo ante vidi, contendentium, qui potissimum vulnera-

ti Regis corpus exciperent? Desertus, desitutus sum,
 hostibus deditus. Sed solus quoque ire perseverabo. Objic-
 ate me fluminibus, & belluis, & illis gentibus, qua-
 rum nomina horretis. Inveniam, qui desertum à
 vobis sequantur. Scythæ, Bactrianique erunt me-
 cum, hostes paulo ante, nunc milites nostri. Mori
 qui prestat, quād præcariò Imperatorem esse. Ite reduces
 in domos, ite deserto Rege ovantes. Ego bīc à vobis des-
 iurare vittoriae, aut honestæ morti locum inveniam. Nec
 sic quidem ulli militum vox exprimi potuit. Ex-
 pectabant, ut Duces, principesque ad Regem per-
 ferrent, vulneribus, & continuo labore militiæ
 fatigatos, non detrectare munia, sed sustinere non
 posse. Cæterū illi metu attoniti in terram ora
 desfixerant. Igitur primò fremitus suâ sponte, dein
 de gemitus quoque oritur, paulatimque liberiùs do-
 lor erigi cœpit, manantibus lacrymis; adeò ut Rex,
 ita in misericordiam versâ, nec ipse quidem, quam-
 quam cuperet, temperare oculis potuerit.

NOTAS.

Sed non. Pero no os causará novedad, sabeis, y co-
 noceis ya mui bien, cuan al aire ván sus mentiras.
 Ad liquidum. Como son: jamás llega a liquidar-
 se lo que por la fama se sabe.
 Vero. Que lo que hai en realidad de verdad.
 Ex sólido. Aun siendo sólida, y bien fundada.
 Ita. Y así sea grande, ó pequeña la madre del río, el
 mismo peligro ha de haber, al saltar en tierra.
 Cum paucis. Es ironia; como consta, por lo que luego dice.
 Amittere è manibus. Malograr: perder por su culpa.
 Alumnum. Llamabanse así, los que desde niños se cria-
 ban en el ejercito.

Imprudens. Inadvertidamente.

Contendentium. Que andaban en porsias, y disputai
sobre quienes babian de llevar.

CAPITULO VI.

*LAGRIMAS DE LOS MACEDONIOS: RESPUESTA
de Ceno: indignacion de Alejandro.*

TAndem universâ concione effusius flente, Cœnus ausus est, cunctantibus cæteris, proprius tribunal accedere, significans se loqui velle. Quem ut videre milites detrahentem galeam capiti (ita enim Regem alloqui mos est) hortari cæperunt, ut causam exercitus ageret. Tum Coenus, Dii probibeant, inquit, à nobis impias mentes, Θ' profectò prohibent. Idem animus est tuus, qui fuit semper: ire, quò juss eris, pugnare, periclitari, sanguine nostro commendare posteritati tuum nomen. Proinde si per severas, inermes quoque, Θ' nudi, Θ' exangues, utcumque tibi cordi est, sequimur, vel antecedimus. Sed, si audi re vis non fictas tuorum militum voces, verum necessitate ultimâ expressas, præbe, quæso, proprias aures, imperium, atque auspicium tuum constantissime secutis, Θ', quocumquè pergis, secuturis. Viciisti, Rex, magnitudine rerum non hostes modò, sed etiam milites. Quid. quid mortalitas capere poterat, implevimus. Emenis maria, terrasque, melius nobis, quam incolis omnia nota sunt. Penè in ultimo mundi fine consistimus. In alium orbem paras ire, Θ' Indiam queris, Indis quoque ignotam. Inter feras, serpentesque degentes erue re ex latebris, Θ' cubilibus suis expetis, ut plura, quam Sol vider, victoriâ lus tres. Digna prorsus cogitatio ani-

animo tuo, sed adiutor nostro. Virtus enim tua semper
 in incremento erit; nostra vis in fine jam est. In-
 ture corpora exanguia, tot perfusa vulneribus, tot ci-
 utricibus turpia. Jam tela bebetia sunt, jam arma de-
 ficiunt. Vestem Persicam induimus, quia domestica sub-
 ubi non potest. In externum degeneravimus cultum.
 Quoto cuique lorica est? Quis equum habet? Fube que-
 ri, quādū multos servi ipsorum persecuti sint, quid cui-
 que superstit ex prædā. Omnia viatores, omnium in-
 ves sumus. Nec luxuriā laboramus, sed bello instru-
 menta belli consumpsimus. Hunc tu pulcherrimum exer-
 citum nudum objicies belluis? Quarum ut multi iudinens
 augeant de industria Barbari, magnum tamen esse nu-
 merum etiam ex mendacio intelligo. Quod si adhuc pe-
 strare in Indiam certum est, regio à Meridie minus
 vasta est. Qua subiecta, licebit decurrere in illud ma-
 nus, quod rebus humanis terminum voluit esse natura.
 Cur circuitu petis gloriam, que ad manum posita est?
 Ille quoque occurrit Oceanus. Nisi mavis errare, per-
 animus, quod tua fortuna dicit. Hæc tecum, quām
 te cum his loqui malui, non ut inirem circumstan-
 exercitus gratiam, sed ut vocem loquentium potius,
 quam ut gemitum murmurantium audires. Ut finem
 rationi Cœnus imposuit, clamor undique cum
 doloratu oritur, Regem, Patrem, dominum, con-
 sis appellantium vocibus. Jamque & alii Duces,
 præcipueque seniores, queis ob ætatem & excusa-
 uo honestior erat, & auctoritas major, eadem pre-
 gabantur. Ille nec castigare obstinatos, nec miti-
 gare poterat iratos. Itaque inops consilij desiliuit è
 tribunal, claudique Regiam iussit, omnibus, pre-
 ter assuetos, adire prohibitis.

Sed necessitate. fino dicha en fuerza de la neceſidad extrema , à que se vén reducidos.

Quidquid. Hemos hecho, cuanto cabe en puros hombres.

Jube quæri. Averiguese , à cuantos acompañan sus esclavos , cuantos son los que mantienen esclavos , y que les ha quedado del butin.

Ut. Aunque.

Certum est. Esta ya determinado , y resuelto.

Nisi mavis errare. A no ser que quieras ir torciendo de una en otra parte.

CAPITULO VII.

MEMORIA , QUE DEJO DE SI ALEJANDRO:
muerte de Ceno : nuevas reclutas , y Ciudades edi-
ficadas: reconcilia à dos Reies : embarcase.

28 **B**Iduum iræ datum est , tertio die processit. Erigique duodecim aras ex quadrato saxe , monumentum expeditionis suæ , munimenta quoque castrorum jussit extendi , cibiliaque amplioris formæ , quam pro corporum habitu , relinqui , ut speciem omnium augeret posteritati fallax miraculum præparans. Hinc repetens , quæ emensus erat , ad flumen Acesinem locat castra. Ibi forte Cœnus morbo extinctus est. Cujus morte ingemuit Rex quidem , adjecit tamen : Propter paucos dies longam orationem eum exorsum , tamquam solus Macedoniam visurus esset. Jam in aquâ classis , quam ædificari iusserat , stabat. Inter hæc Memnon ex Thraciâ in

supplementum equitum VI. millia , præter eos ab Harpalo peditum septem millia adduxerat , armaque viginti quinque millia auro , & argento cælata pertalerat : queis distributis vetera cremari jussit , mille navigiis aditurus Oceanum.) Discordes , & vetera odia retractantes Porum , & Taxilem Indiæ Reges , firmatâ per affinitatem gratiâ , reliquit in suis Regnis , summo in ædificandâ classe amborum studio usus . Oppida quoque duo condidit , quorum alterum Nicæam appellavit , alterum Bucephalon , equi , quem amiserat , memorię , ac nomini dedicans urbem . Elephantis deinde , & impedimentis terrâ sequi jussis , secundo anno defluxit , quingenta ferme stadia singulis diebus procedens , ut opportunis locis exponi subinde copia possent .

NOTAS.

Cubilia. Tiendas de campaña mayores de lo que perdía la disposición , y altura suya , para que hicieran maior concepto de lo que eran .

Retractantes. Que volvian à renovar odios , y especies antiguas .

Per affinitatem . Emparentandolos .

CAPITULO VIII.

DESCRIPCION DE LOS SABIOS: APODERASE
de algunas Ciudades: peligro , en que se vio Alejandro en el agua .

PErventum erat in regionem , in quâ Hydalges annis Acefini committitur . Hinc decurrit in

nes Sobiorum. Hi de exercitu Herculis majores suos esse commemorant, ægros relictos esse, cœpisse sedem, quam ipsi obtinebant Pelles ferarum præveste, clavæ pro telo erant. Multaque, etiam cum Græci mores exolevissent, stirpis ostendebant vestigia. Hic exlensione facta, CCL. stadia processit. Depopulatusque regionem, oppidum caput ejus corona cœpit. XL. peditum millia alia gens in ripâ fluminis opposuerat, quæ amne supperato in fugam compulit, inclusisque mœnibus expugnat. Puberes interfecti sunt, ceteri venierunt. Alteram deinde urbem expugnare adortus, magnâque vi defendantium pulsus, multos Macedonum amisit. Sed, cum in obsidione perseverasset, oppidiani, desperatâ salute, ignem subjecere tectis, se quoque, ac liberos, conjugesque incendio cremant. Quod cum ipsi augerent, hostes extinguerent, nova forma pugnæ erat. Delebant incolæ urbem, hostes defendebant. Adeò etiam naturæ jura bellum in contrarium mutat. Arx erat oppidi intacta, in quâ praefidium dereliquit. Ipse navigio circumvectus est arcem. Quippe tria flumina tota India preter Gangem maxima, munimento arcis applicant undas. A Septentrione Indus alluit, à Meridie Acesines Hydaspis confunditur. Ceterum amnium coitus maritimis similes fluctus movet. Multoque, ac turbido limo, quod aquarum concurru subinde turbatur, iter, quâ meant navigia, in tenuem alveum cogitur. Itaque, cum crebri fluctus se invehement, & navium hinc proras, hinc latera pulsarent, subducere nauæ cœperunt. Sed ministeria eorum hinc metu, hinc prærapidâ celeritate fluminum occupantur In

oculis duo majora omnium navigia submersa sunt: leviora, cum & ipsa nequirent regi, in ripam tam
men innoxia expulsa sunt. Ipse Rex in rapidissimos
vortices incidit, quibus intorta navis obliqua, &
gubernaculi impatiens agebatur. Jam vestem detra-
xerat corpori, projecturus semet in flumen, amici-
que, ut exciperent eum, haud procul nabant. Ap-
parebatque anceps periculum tam nataturi, quam
navigare perseverantis. Ergo ingenti certamine con-
citant remos, quantaque vis humana esse poterat,
adnota est, ut fluctus, qui se inchebant, ever-
berarentur. Findi crederes undas, & retrò gurgi-
tes cedere. Quibus tandem navis erepta, non ta-
men ripæ applicatur, sed in proximum vadum illi-
ditur. Cum amne bellum fuisse crederes. Ergo, aris
pro numero fluminum positis, sacrificioque facto,
triginta stadia processit.

NOTAS.

De exercitu. Dicen que sus mayores, y antepasados ha-
bían militado en el ejercito de Hercules; y dexados
alli por enfermos. (ra.)

Exencione. Habiendo desembarcado aqui, fue por tier-
Venierunt Vendieron los demas.

Circumvectus. Dio una vuelta por la plaza, para
reconocerla.

Applicant. Bañan con sus aguas las murallas.

Subducere. A llebarlos à tierra; pero no les daba lu-
gar el temor, y la rapidez de los dos ríos, para apro-
becharse de su trabajo.

Quibus. En los cuales dando vueltas la nave, y bol-
viendo el costado, perdido el governalle, ó no ri-
giendo el timon, zozobraba.

Anceps. Igual peligro.

Ut fluctus. Para cortar la fuerza de las olas, que se estrellaban contra la nave.

CAPITULO IX.

PASA AL EJANDRO A NUEVAS REGIONES:
alboroto de sus soldados: sosiegalos Alejandro, y
se ofrecen prontos à cuanto quisiere el Rei.

Fuga de los enemigos.

50Inde ventum est in regionem Oxydracarum, Mal-lorumque. Quos alias bellare inter se solitos, tunc periculi societas junxerat. Novem milia juniorum peditum in armis erant, præter hos equum decem millia, nongentæque quadrigæ. At Macedones, qui omni discrimine jam defunctos se esse crediderant, posteaquam integrum bellum cum ferocissimis Indiæ gentibus superesse cognoverunt, improviso metu territi, rursus seditionis vocibus Regem incipare coeperunt. Gangem amnem, & quæ ultra essent, coactos transmittere, non tamen finisse, sed mutasse bellum. Indomitis gentibus se objectos, ut sanguine suo aperirent ei Oceanum. Trahi exira sidera, & Solem, cogique adire, quæ mortalium oculis natura subduxerit. Novis identidem armis novos hostes existere. Quos ut omnes fundant, fugentque, quod præmium ipsos manere? Caliginem, ac tenetras, & perpetuum noctem profundo incubantem, repletum immanium beluarum gregibus fretum, immobiles undas, in quibus emoriens natura defecerit. Rex non suâ sed militum solicitudine anxius, concione advocatâ, docet:

Im-

Imbellis esse, quos metuant. Nihil deinde præter hæc gentes obflare, quominus terrarum spatio emensis, ad finem simul mundi, laborumque perveniant. Cessisse illis metuentibus Gangem, & multitudinem nationum, quæ ultra amnem essent: declinasse iter eò, ubi par gloria, minus periculum esset. Jam prospicere se Oceānum, jam perflare ad ipsos auram maris Ne inviderent sibi laudem, quam peteret, Herculis, & Liberi Patris terminos transiuro. Ipsos Regi suo parvo impendio immortalitatem famæ datus. Paterentur se ex India redire, non fugere. Omnis multitudo, & maximè militaris, mobili impetu fertur. Ita seditionis non remedia, quām principia majora sunt. Non alias tam alacer clamor ab exercitu est redditus, jubentium: Duceret Diis secundis, & æquaret gloriā, quos æmularetur. Lætus his acclamationibus ad hostes protinus castra movit. Validissimè Indorum gentes erant, & bellum impigre parabant; ducemque ex natione Oxidracarum spectatæ virtutis elegerant, qui sub radicibus montis castra posuit, latèque ignes, ut speciem multitudinis augeret, ostendit, clamore quoque, ac sui moris ululatu identidem acquiescentes Macedonas frustra terrere conatus. Jam lux appetebat, cùm Rex fiducię, ac spei plenus, alacres milites arma capere, & exire in aciem jubet. Sed metu ne, an seditione obortā inter ipsos, subito profugerunt Barbari. Certè avios montes, & impeditos occupaverunt. Quorum agmen Rex frustra persecutus, impedimenta cœpit.

NOTAS.

Integrum. De nuevo: una nueva guerra.

Transmittere. Dejar à un lado : ir à la otra parte de. Extra solem. Adonde no alumbraba , y se veia el Sol. Oculis. Porque estando siempre en tinieblas à falsa del Sol , no se podia ver.

Ut fundant. Y aun dado caso , que desbaratasen , y pusiesen en huida.

Profundo. En el mar.

Emoriens. Cansada ya : à punto de acabarse.

Cefisse. Que habia dejado él de pasar el Ganges por el temor , que tenian ellos.

Declinasse. Que habia torcido , y derigido su marcha ácia donde fuese.

Non remedia. No necesitan de otro remedio , que cortarlas al principio : basta una ligera providencia à un principio ligero , y de poca monta.

CAPITULO X.

ACCION TEMERARIA DE ALEJANDRO ; y peligro , en que se vé : es gravemente herido : venganse los Macedonios de la herida del Rei.

PErventum deinde est ad oppidum Oxydracarum , in quod plenique confugerant , haud mijore fiduciâ menium , quam armorum. Jam admovebat Rex , cum vates monere eum cœpit , ne committeret , aut certè differret obsidionem: vitę ejus periculum ostendi. Rex Demophonta (is namque vates erat) intuens : Si quis , inquit , te arti tuae intentum , & extra spectantem sic interpellat , non dubitem , quin incommodus , ac molestus videri tibi posse.

fit. Et, cùm ille ita prorsus futurum respondisset: Censeſne, inquit, tantas res, non pecudum fibras, ante oculos habenti, ullum esse majus impedimentum, quām Vātem superstitionē captum? Nec diutiū, quām respondit, moratus, admoveſi jubet ſcalas: cunctantibusque cæteris, evadit in murum. Angusta muci corona erat. Non pinnæ, ſicut alibi, fastigium ejus diſtinxerant, ſed perpetuā loricā obducta transitum ſepſerat. Itaque Rex hærebat magis, quām stabat in margine, clypeo undique incidentia tela propulsans. Nam ubique eminūs ex turribus petebatur. Nec subire milites poterant, quia ſupernè vi telorum obruebantur. Tandem magnitudinem periculi pudor vicit. Quippe cernebant cunctatione ſuā dedi hostibus Regem. Sed festinando morabantur auxilia. Nam, dum pro ſe quiske certat evadere, oneravere ſcalas: queis non sufficientibus, devoluti, unicam ſpem Regis ſefelletant. Stabat enim in conſpectu tanti exercitus, veſtut in ſolitudine deſtitutus. Jamque lævam, quā clypeum ad iectus circumferebat, laſſaverat, clamantibus amicis, ut ad ipſos deſiliret, ſtabantque excepturi, cùm ille rem ausus eſt incredibilem, atque inauditam, multòque magis ad famam temeritatis, quām gloriæ, inſignem. Namque in urbem hostium plenam præcipiti ſaltu ſemet ipſe immiſit, qūm vix ſperare poſſet, dimicantem certè, & non inultum eſſe moriturum. Quippe, antequam affurgeret, op̄imi poterat, & capi vivus. Sed forte ita libraverat corpus, ut ſe pedibus exciperet. Itaque stans init pugnam. Et, ne circuiri poſſet, fortuna pro-viderat. Vetusta arbor haud procul muro ramos

maul-

multâ fronde vestitos, velut de industriâ Regem protegentes, objecerat. Hujus spatiose stipiti, ne corpus circuiri posset, applicuit, clypeo tela, quæ ex adverso ingerebantur, excipiens. Nam, cum unum procul tot manus peterent, nemo tamen audiebat propius accedere. Missilia ramis plura, quam clypeo incidebant. Pugnabat pro Rege primùm celebrati nominis fama, deinde desperatio, magnum ad honestè moriendum incitamentum. Sed, cum subinde hostis afflueret, jam ingentem vim telorum exceperat clypeo, jam galeam saxa perfrerant, jam continuo labore gravia genua succiderant. Itaque contemptim, & incaute, qui proximi steterant, incurserunt. E quibus duos gladio ita cepit, ut ante ipsum exanimes procumberent. Nec cuiquam deinde propius incessandi eum animus fuit. Procul jacula, sagittasque mittebant. Ille ad omnes ictus expositus, ægrè jam exceptum poplitibus corpus tuebatur, donec Indus duorum cibitorum sagittam (namque Indis, ut ante diximus, hujus magnitudinis sagittæ erant) ita excusit, ut per thoracem paulum super latus dexterum infigeretur. Quo vulnere afflictus, magna vi sanguinis emicante, remisit arma moribundo similis, adeoque resolutus, ut ne ad vellendum quidem telum sufficeret dextera. Itaque ad expoliandum corpus, qui vulneraverat, alacer gaudio accurrit. Quem ut injicere corpori suo manus sensit, credo, ultimi decoris indignitate commotus, linquentem revocavit animum, & nudum hostis latus subjecto mucrone hausit. Jacebant circa Regem tria corpora, procul stupentibus ceteris. Ille, ut, antequam ulte-

timus spiritus deficeret, dimicans jam extingueretur, clypeo se allevare conatus est: & postea quām ad connitendum nihil supererat virium, dexterā im-
pendentes ramos complexus, tentabat assurgere.
Sed ne sic quidem potens corporis, rursus in ge-
nua procumbit, manu provocans hostes, si quis
congredi auderet. Tandem Peucestes per aliam oppi-
di partem, deturbatis propugnatoribus muri, ves-
tigia persequens Regis supervenit. Quo conspecto
Alexander jam non vitæ suæ, sed mortis solarium
supervenisse ratus, clypeo fatigatum corpus exce-
pit. Subit inde Timæus, & paulò post Leonatus:
huic Aristonius supervenit. Indi quoque, cùm intra
mœnia Regem esse comperissent, omissis cæte-
ris, illuc concurrerunt, urgebantque protegentes.
Ex quibus Timæus, multis adverlo corpore vulne-
ribus acceptis, egregiâque editâ pugnâ, cecidit.
Peucestes quoque tribus jaculis confossus, non se
tamen scuto, sed Regem tuebatur. Leonatus, dum
avidè ruentes Barbaros submovet, cervice gravi-
ter icta, semianimis procubuit ante Regis pedes.
Jam & Peucestes vulneribus fatigatus submiserat
clypeum. In Aristono spes ultima hæbebat. Hic quo-
que graviter tauius tantam vim hostium ultra susti-
nere non poterat. Inter hæc ad Macedonas, Re-
gem cecidisse, fama perlata est. Terruisselet alios,
quod illos incitavit. Namque periculi omnis im-
memores, dolabris perfregere murum, &, quā mo-
liti erant aditum, irrupere in urbem; Indosque
plures fugientes, quām congredi ausos, occiderunt.
Non senibus, non fœminis, non infantibus par-
titur. Quisquis occurreret, ab illo vulneratum Re-
gem

gem esse credebant. Tandemque internecione hostium justæ iræ parentatum est. Ptolemæum, qui postea regnavit, huic pugnæ affuisse, auctor est Clitarchus, & Timagenes. Sed ipse, scilicet gloriæ suæ non refragaturus, abfuisse se, missum in expeditionem, memoriarum tradidit. Tanta componentium vetusta rerum monumenta vel securitas, vel, par huic vitium, credulitas fuit.

NOTAS.

Siquis. Si al tiempo que dedicado à tu facultad, y observando las entrañas de los animales, alguno te interrumpiese, no hai duda que.

Non pinnæ. No habia almenas de trecho en trecho, sino que dando vuelta al muro un continuo cabillete embarazaba el ir por el.

Dimicantem. Que à lo menos moriria con las armas en la mano, y vendiendo cara su vida.

Ut se. Que quedò de pies, que caio de pies.

Gravia. Se le doblaban las rodillas entorpecidas, y sin fuerzas.

Ægrè jam. Apenas podia ya defenderse de rodillas.

Emicante. Saliendo.

Adeoque. Y tan debil, y sin fuerzas, que no las tubo, para sacar el dardo con su propria mano.

Nec sic. Y no pudiendo aun así lebantarse.

Vestigia. Siguiendo el camino, que habia por el muro.

Mortis. Para consuelo de su muerte, para tener algun alivio en aquella hora.

Scilicet. Que ciertamente no habia de negar lo que cedia en maior gloria sua.

Componentium. De los que componian los anales antiquos.

CAPITULO XI.

LLEGA ALEJANDRO A LOS ULTIMOS DE RESULTA de la herida: no bien convalecido se pone a vista de sus enemigos: llega a una region desierta, en que fija sus reales.

REge in tabernaculum relato, medici lignum hastæ corpori infixum, ita, ne spiculum moveretur, abscedunt. Corpore deinde nudato, animadvertisunt hamos inesse telo, nec aliter id sine pernicie corporis extrahi posse, quam ut secundo vulnus augerent. Cæterum, ne secantes profluviu[m] sanguinis occuparet, verebantur. Quippe ingens telum adactum erat, & penetrasse in viscera videbatur. Critobulus inter medicos artis eximiæ, sed in tanto periculo territus, manus admovere metuebat, ne in ipsius caput parum prosperæ curationis recideret eventus. Lacrymantem eum, ac metuentem, & solicitudine propemodum exanguem Rex conspexerat. Quid, inquit, quodve tempus expetas, & non quam primum hoc dolore me saltem moriturum liberas? An times, ne reus sis, cum insanabile vulnus acceperim? At Critobolus tandem vel finito, vel dissimulato metu hortari eum coepit, ut se continendum præberet, dum spiculum evelleret, etiam levem corporis motum noxiun fore. Rex, cum affirmasset nihil opus esse iis, qui semet continent, sic ut præceptum erat, sine motu præbuit corpus. Igitur, patefacto latius vulnere, & spiculo evulso, ingens vis sanguinis manare coepit, inquinque animo Rex, & caligine oculis offusæ, ve-

lu-

luti moribundus extendi. Cumque profluvium medicamenta frustra inhiberent, clamor simul atque ploratus amicorum erit, Regem expirasse credentium. Tandem constitit sanguis, paulatim animum recepit, & circumstantes coepit agnoscere. Toto e^o die, ac nocte, quæ secuta est, armatus exercitus Regiam obfedit, confessus omnes unius spiritu vivere. Nec prius recesserunt, quam compertum est, somno paulisper acquiescere. Hinc certiorem spem salutis ejus in castra retulerunt. Rex, septem diebus curato vulnere, nedum obducta cicatrice, cum audisset convaluisse apud Barbaros famam mortis suæ, duobus naviis junctis, statui in medium undique conspicuum tabernaculum iussit, ex quo se ostenderet periisse credentibus. Conspectusque ab incolis, spem hostium falso nuntio conceptam inhibuit. Secundo deinde anime defluxit, aliquantum intervalli à cetera classe præcipiens, ne quies corpori invalido adhuc necessaria, pulsu remorum impediretur. Quarto, posteaquam navigare cooperat, die, pervenit in regionem desertam quidem ab incolis, sed frumento, & pecoribus abundantem. Placuit is locus & ad suam, & ad militum requiem.

NOTAS.

Ita ne. De suerte que no se llevo a mover la punta de la flecha.

Hemos inesse. Que tenia dientes la flecha.

Ne secantes. Temian el que al abrir la herida, saliese gran porcion, y copioso flujo de sangre.

Adactum. Estaba metido del todo.

Nihil. Que no eran menester razones, para que se mantubiese immobile.

Convaluisse. Que iba tomando cuerpo entre los Barbaros la noticia.

Precipiens. Delante de su armada por algun trecho.

Quarto. Quatro dias despues de haberse embarcado.

110 CAPITULO XII.

COSTUMBRE DE LOS MACEDONIOS, CUANDO el Rei estaba enfermo: súplica, que hace Cratero en nombre de sus amigos.

MOS erat principibus amicorum, & custodibus corporis excubare ante Prætorium, quoties Regi adversa valetudo incidisset. Hoc tum more quoque servato, universi cubicalam ejus intrant. Ille sollicitus, ne quid novi afferrent, quia simul venerant, percontatur, num hostium recens nuntiaretur adventus. At Craterus, cui mandatum erat, ut amicorum preces perferret ad eum: Credisne, inquit, adventu magis hostium, ut jam in vallo confisterent, quam cura salutis tuæ, ut nunc est tibi vialis, nos esse sollicitos? Quantalibet vis omnium gentium conspiret in nos, impletat armis, virisque totum orbem, classibus maria consternat, inusitatas belluas inducat, tu nos præstabis invictos. Sed quis Deorum hoc Macedoniam columen, ac fidus diurnum fore polliceri potest? cum tam avide manifestis periculis offeras corpus, oblitus tot civium animas tra-

be-

bere te in casum? Quis enim tibi superstes, aut optat esse, aut potest? Eò pervenimus, auspicium, atque Imperium secuti tuum, unde, nisi te reduce, nulli ad Penates suos iter est. Qui si adhuc de Persidis Regno cum Dario dimicares, et si nemo vellet, tamen ne admirari quidem posset, tam promptæ esse te ad omnne discrimen audaciæ. Nam ubi paria sunt periculum, ac præmium; Secundis rebus amplior fructus est, Secundis adversis solatum majus. Tuo vero capite ignobilem vicum emi, quis ferat non tuorum modo militum, sed ullius etiam gentis barbaræ, qui tuam magnitudinem norit? Horret animus cogitatione rei, quam paulò ante vidimus. Eloqui timeo, invicti corporis spoliis inertissimos manus fuisse injecturos, nisi te interceptum misericors in nos fortuna servasset. Totidem proditores, totidem desertores sumus, quot te non potuimus persequi. Universos licet milites ignominia notes, nemo recusabit luere id, quod ne admitteret, præstare non potuit. Patere nos, queso, alio modo esse viles tibi. Quocumquè jussiris, ibimus. Obscura bella, Secundis ignobiles pugnas nobis depositimus: temetipsum ad ea serva, quæ magnitudinem tuam capiunt. Cito gloria obsolescit in sordidis hostibus: nec quidquam indignius est, quam consumi eam, ubi non possit ostendi. Eadem fere Ptolemeus, & similia iis cæteri. Jamque confusis vocibus flentes eum orabant: Ut tandem exsatiatae laudi modum faceret, ac salutis sue, id est publicæ, parceret.

NOTAS.

Ut jam. Aunque se hubieran apoderado ya de nuestras trincheras.

Tam ayidé. Con tanto arrojo, y osadia.

Obli-

Oblitus. Sin tener presente el peligro manifiesto, à que
espone à tantos Macedonios.

Ad penates suos. A sus casas. Significa los Dioses do-
mesticos, y de aqui las casas.

Et si nemo. Aunque ninguno lo quisiese, no debia ad-
mirarse de tanta prontitud, y arrojo tuio à los maio-
res peligros, porque donde son iguales el peligro y
el premio que se espera, si se sale con felicidad, es mas
sazonado el fruto, y si desgraciadamente es por lo me-
nos motivo de maior consuelo. Pero comprar à costa
de tu vida y tu persona.

Persequi. Seguirte y acompañarte.

Luere id. Todos estamos pronoos à llevar la pena aun
por à quello, que no pudimos dejar de hacer.

Exsatiatæ. Pusiese termino, y moderase el deseo de mas
y mas gloria, aun despues de haber adquirido tanta.

CAPITULO XIII.

RESPUESTA BENIGNA DE ALEJANDRO à sus Capitanes.

Gusta erat Regi, pietas amicorum. Itaque sin-
gulos familiarius amplexus considere jubet,
altiusque sermone repetito, Vobis quidem,
inquit, ò fidissimi, piissimique civium, atque ami-
corum, grates ago, habeoque, non solum eo nomine,
quod hodie salutem meam vestrae præponitis, sed quod
à primordiis belli, nullum erga me benevolentie pig-
nui, atque indicium omisisti; adeò, ut confiendum

sit, nunquam mibi vitam meam fuisse tam cibaram,
 quam esse coepit, ut vobis diu frui possim. Ceterum
 non eadem est cogitatio eorum, qui pro me mori op-
 tant, Σ mea, qui quidem hanc benevolentiam vestram
 virtute meruisse me judico. Vos enim diuturnum fru-
 ctum ex me, forsitan etiam perpetuum, percipere cu-
 picis: ego me metior non aetatis spatio, sed gloria. Li-
 cuit paternis opibus contento, intra Macedoniae termi-
 nos per otium corporis expectare obscuram, Σ ignobi-
 lem senectutem. Quanquam ne pigri quidem sibi fata
 disponunt, sed unicum bonum diuturnam vitam assi-
 mantes saepe acerba mors occupat. Verum ego, qui
 non annos meos, sed victorias numero, si munera
 fortunae bene computo, diu vixi. Orsus à Macedonia
 Imperium, Graeciam teneo: Thraciam, Σ Illyrii
 subegi: Triballis, Medisque imperito: Asiam, qua
 Rubro mari alluitur, possideo. Jamque haud procul
 absus à fine mundi. Quem egressus, aliam naturam,
 alium orbem aperire mibi statui. Ex Asia in Europe
 terminos momento unius horæ transivi. Victor utrius-
 que regionis post nonum Regni mei, post XXVIII aë-
 tatis annum, videorne vobis in excolenda gloria, cui me
 uni devovi, posse cessare? Ego vero non deero, Σ
 ubique pugnabo, in theatro terrarum orbis esse me
 credam. Dabo nobilitatem ignobilibus locis, aperiam
 cunctis gentibus terras, quas natura longè submoverat.
 In his operibus extingui me, si fors ita feret, pulchrum est.
 Ea stirpe sum genitus, ut multam gloriam prius, quam
 longam vitam debeam optare. Obscero vos, cogitate,
 nos pervenisse in terras, quibus fæmina ob virtutem
 celeberrimum nomen est. Quas urbes Semiramis condi-
 dit? quas gentes rededit in potestate? quanta opera

molita eſt? Nondum fœminam æquavimus gloriæ, & jam nos laudis ſatietas caput? Dii faveant, majora adhuc reſtant. Sed ita noſtra erunt, quæ nondum attingimus, ſi nihil parvum duxerimus, in quo magne gloriae locus eſt. Vos modò me ab inieſtinâ fraude, & domesticorum inſidiis præſtate ſecurum. Belli, Martisque diſcrimen impavidus ſubibo. Philippus in acie tutior, quam in theatro fuit. Hostium manus ſepe vitavit; fuorum effugere non valuit. Aliorum quoque Regum exitus ſi reputaveritis, plures à suis, quam ab hoſte interemptos numerabitis. Ceterū, quoniam olim rei agitatae in animo meo, nunc promendæ occaſio oblata eſt, mibi maximus laborum, atque operum meorum erit fructus, ſi Olympias mater imortalitati conſecretur, quandocunque exceſſerit vitæ. Hoc ſi liuerit, ipſe præſtabo: ſi me præceperit fatum, vobis mandaffe mementore. Ac tum quidem amicos dimiſit. Ceterū per complures dies ibi ſtativa habuit.

NOTAS.

Quam eſte. Como lo eſt, y ſerá desde ahora.

Ego me. Yo mido mi fortuna, y felicidad, no por los años de mi vida, ſino por la mucha gloria, y fama, que adquiera en ellos.

Licuit. Bien pude yo, contentandome con lo que me dejó mi Padre.

Acerba. Una muerte temprana, y antes de tiempo ſuele acabar con los que ponen ſu bienaventuranza en vivir mucho,

Excolenda. En no perder ocasion de aumentar mi gloria.

Ego vero. Por mi no ha de quedar, y ſea donde ſea

*la batalla bare cuenta que estoí de lante de todos
mando : enobleceré así.*

Femine. *De Semiramis.*

Quam in theatro. *Fue muerto en el teatro , à donde
babia ido para ver los juegos que habian de bacerse.*

CAPITULO XIV.

*REBELION DE LOS GRIEGOS CERCA DE LOS
Bactrianos.*

HECE dom in India geruntur, Græci milites, nuper in colonias à Rege deducti ortâ inter ipsos seditione , defecerant non tam Alexandro infensi , quam metu supplicii. Quippe occisis quibusdam popularium , qui validiores erant , arma spectare cœperunt , & Bactriana arce , quæ casu negligentius asservata erat , occupatâ , Barbaros quòque in societatem defectionis impulerant. Athenodorus erat princeps eorum , qui Regis quòque nomen assumperat , non tam Imperii cupidine , quâm in patriam revertendi cum jis , qui auctaritatem ipsius sequebantur. Huic Bicon quidam nationis ejusdem , sed ob ænulationem infestus , comparavit insidias , invitatumque ad epulas , per Boxum quendam Maratianum in convivio occidit. Postero die concione advocatâ , Bicon ultrò insidiatum sibi Athenodorum plerisque persuaserat. Sed aliis suspecta fraus erat Biconis , & paulatim in plures cœpit manare sulpicio. Itaque Græci milites arma capiunt , occulti Biconem,

nem, si daretur occasio. Ceterum principes eorum iram multitudinis mitigaverunt. Præter spem suam Bicon presenti periculo ereptus, paulò post insidiatus auctori bus salutis suæ est. Cujus dolo cognito, & ipsum comprehendenterunt, & Boxum. Ceterum Boxum protinus placuit interfici, & conem etiam per cruciatum necari. Jamque corpori tormenta admovebantur, cum Græci milites, incertum ob quam causam, lymphatis similes ad arma discurrust. Quorum fremitu exaudito, qui torquere Biconem iussi erant, omisere; veriti, ne id facere tumultuantium vociferatione prohiberentur. Ille, sicut nudatus erat, pervenit ad Græcos, & miserabilis facies supplicio destinati in diversum animos repente mutavit. Dimitique eum jusserunt. Hoc modo pœnâ bis liberatus, cum ceteris, qui colonias à Rege attributas reliquerunt, revertit in patriam. Hęc circa Bactra, & Scytharum terminos gesta.

NOTAS.

Arma spectare. A inclinarse à tomar las armas.

Forum. De los Griegos alhorotados, y rebeldes.

Paglatim. Poco à poco llegaron à sospechar lo mismo muchos.

Principes. Los mas principales de los Griegos.

Auctori bus. A estos mismos Griegos mas Principales.

CAPITULO XV.

DONES QUE EMBIAN A ALEJANDRO DOS REIES:
desafia un Madedonio à un Ateniense.

BY Nterim Regem duarum gentium (de quibus an-
tè dictum est) C Legati adeunt. Omnes cur-
ru vehebantur, eximiâ magnitudine corporum,
decoro habitu: lineaæ vester intextæ auro , pur-
purâque distinctæ. Ei se dedere ipsoæ , urbes , agros
que referabant: per tot ætates inviolatam libertatem,
illius primùm fidei , ditionique permissuros. Deos sibi
deditionis autores , non metum: quippe intactis viri-
bus jugum excipere Rex , concilio habito , dedi-
tos in fidem accipit , stipendio , quod Aracho siis
utraque natio pensitabat , imposito. Præterea duo
millia , & D equites imperati. Et omnia obedien-
ter a Barbaris fasta. Invitatis deinde ad epulas Le-
gatis gentium , Regulisque , exornari convivium
julsit. Centum aurei lecti modicis intervallis po-
siti erant. Lectis circumdederat aulæa , purpurâ,
auroque fulgentia ; quidquid aut apud Persas ve-
tere luxu , aut apud Macedonas novâ immuta-
tione corruptum erat , confusis utrinque gentis
vitiis in illo convivio ostendens. Intererat epulis
Dioxippus Atheniensis pugil nobilis , & ob exi-
miam virtutem virium jam Regi pernotus , & gra-
tus. Invidi , malignique increpabant per seria , &
ludum , saginati corporis sequi inutilem belluam : cum
ipsi prælium inirent , oleo madentem preparare ven-
trem epulis. Eadem igitur in convivio Horratas Ma-

ce-

edo jam temulentus exprobrare ei cœpit , & pos-
tulare , ut , si vir effet , postero die secum ferro decer-
ret , Regem tandem vel de suâ temeritate , vel de
illius ignaviâ judicaturum . Et à Dioxippo contem-
ptim militarem eludente ferociam , accepta con-
ditio est .

NOTAS.

Intactis. Teniendo aún enteras sus fuerzas.

Lectis ... aulæa , en lugar de Lectos aulæis . Cometese la figura hipalage .

Per seria & ludum . De burlas , y veras .

Oleo: Antiguamente los luchadores se untaban con aceite , para que deslizándose las manos , no pudiesen asirles .

De suâ. Si fuese vencido el Macedonio .

De illius. Si fuese vencido Dioxipo .

CAPITULO XVI.

*SALEN LOS DOS AL DESAFIO , Y VICTORIA
del Ateniense.*

AC postero die Rex , cùm etiam acriùs certamen exposcerent , quia deterrire non poterat , destinata exequi passus est . Ingens huc militum , inter quos erant Græci , qui Dioxippo studabant , convenerat multitudo . Makedo justa arma sumpserat , æreum clypeum , hastam , quam sarijam vocant lèvâ tenens , dexterâ lanceam ; gladioque cinctus , velut cum pluribus simul dimicaturus . Dioxippus oleo nitens , & coronatus , lèvâ puniceum amiculum , dextrâ validum , nodosum-

que stipitem preferebat. Ea ipsa res omnium animos expectatione suspenderat: quippe armato congregdi nudum, dementia, non temeritas videbatur. Igitur Macedo haud dubius, eminè interfici posse, lanceam emisit, quam Dioxippus cùm exigua corporis declinatione vitasset, antequàm ille hastam transferret in dextram, assiluit, & stipite medium fregit. Amissò utroque telo, Macedo gladium cœperat stringere: quem occupatum complexu, pedibus repente subductis, Dioxippus arietavit in terram, ereptoque gladio, pedem super cervicem jacentis imposuit, stipitem intentans, elisurusque eo victimam, ni prohibitus esset à Rege. Tristis spectaculi eventus non Macedonibus modò, sed etiam Alexandro fuit, maximè, quia Barbari affuerant: quippe celebratam Macedonum fortitudinem ad ludibrium recidisse verebatur. Hinc ad criminatem invidorum adapertæ sunt aures Regis. Et post paucos dies inter epulas aureum poculum ex composito subducitur: ministrique, quasi amississent, quod amoverant, Regem adeunt. Sæpè minus est constantiæ in rubore, quàm in culpa. Conjectum oculorum, quibus ut fur destinabatur, Dioxippus ferre non potuit. Et, cùm excelsisset convivio, literis conscriptis, quæ Regi redderentur, ferro se interemit. Graviter mortem ejus tulit Rex, existimans indignationis esse, non poenitentię testem; utique, posteaquàm falsò insimulatum eum, nimium invidorum gaudium ostendit.

NOTAS.

Deterre. Quitar selo de la cabeza: apartarles de su resolucion y empeño.

Stu-

Studebant. Favorecian: estaban de parte de Dioxipos
Justa. Armas correspondientes: iba bien armado:
Coronatus. Así salian los que habian conseguido antes
alguna victoria luchando en el teatro.

Et stipite. Y con su porra, ó clava la rompió por el
medio.

Pedibus. Y armandole una zancadilla, echó en tierra.

Intentans. Levantando la porra, para estrellar con
ella à Horratas, que estaba ya vencido.

Ex composito. De industria: mancomunados.

Sepe. Mas veces se turba un inocente vergonzoso, que
un culpado: mas disimula este que aquel. El mirarte
como à ladrón, no lo pudo sufrir Dioxipo.

Desperationi. Era mas argumento de su sentimiento,
yenojo, que de pesar, y arrepentimiento.

CAPITULO XVII.

PRESENTES, QUE LE HACEN UNOS EMBAJADORES: pasa à los Mallos, y Sabracas: descripción
destos: ponense en manos de
Alejandro.

Indorum Legati dimissi domos paucis post diebus cum donis revertuntur. CCC erant equi, MXXX. currus, quos quadrijugi equi ducebant, linea vestis aliquantum, mille scuta India, & ferri candidi talenta centum, leonesque rarae magnitudinis, & tigres, utrumque animal ad mansuetudinem domitum, lacertarum quoque ingen-

gentium pelles, & dorsa testudinum. Cratero dein de imperat Rex, haud procul amne, per quem erat ipse navigaturus, copias duceret: eos autem, qui comitari eum solebant, imponit in naves. Et in fines Mallorum secundo amne devehitur. Inde Sabracas adiit, validam Indiæ gentem, quæ populi, non Regum imperio regebatur. LX. millia peditum habebant, equitum VI. millia: has copias currus D. sequebantur. Tres Duces spectatos virtute bellicâ elegerant. At qui in agris erant proximi flumini (frequentes autem vicos maximè in ripa habebant) ut videre totum amnem, quâ profici poterat, naviis constratum, & tot militum arma fulgentia, territi novâ facie, Deorum exercitum, & alium Liberum Patrem, celebre in illis gentibus nomen, adventare credebant. Hinc militum clamor, hinc remorum pulsas, varieque nautarum voces hortantium, pavidas aures impleverant. Ergo universi ad eos, qui in armis erant, currunt, furere clamitantes, & cum Diis prælium inituros. Navigia non posse numerari, quæ invictos veherent. Tantumque in exercitum suorum intulere terroris, ut Legatos mitterent, gentem dedituros.

NOTAS.

Candidi. *De finísimo acero.*

Dorsa. *Y conchas de tortugas.*

Constratum. *Lleno de navios.*

Furere. *Diciendo à voz en grito, que no sabian lo que se iban à hacer; que estaban locos pues iban à pelear con los mismos Dioses.*

CAPITULO XVIII.

*CONDENA A MUERTE A UN GOBERNADOR,
y absuelve à otro: bácese señor de
muchas naciones.*

H[ab]is in fidem acceptis, ad alias deinde gentes
quarto die pervenit. Nihilo plus animi his
fuit, quam ceteris fuerat. Itaque oppido
condito, quod *Alexandriam* appellari jussérat;
eorum, qui *Musicani* appellantur, intravit.
de Teriolte Satrapē, quem Paropamisadis præ-
cerat, ijsdem arguentibus, cogovit; multaque
parè, ac superbè fecisse convictum, interfici jus-
tū. Oxatres Prætor Bactrianorum non absolutus
sed etiam jure amplioris Imperii donatus
Finibus Musicānis deinde in deditio[n]em redac-
tū, urbi eorum præsidium imposuit. Inde Præstos,
ipsam Indiæ gentem, p[er]ventum est. Oxyca[n]us
ex erat, qui se munitæ urbi cum magnâ manu
popularium incluserat. Hanc Alexander, tertio
cooperat obsidere, expugnavit. Et Oxy-
ca[n]us, cùm in arcem confugisset, legatos de condi-
tione deditio[n]is misit ad Regem. Sed, antequam ad-
vent eum, duæ turres ingenti fragore prociderant,
per quarum ruinas Macedones evalere in arcem: quâ
captâ, Oxyca[n]us cum paucis repugnans occiditur.
Dirutâ igitur arce, & omnibus captiuis venundatis,
Regis fines ingressus est. Multisque oppidis in
idem acceptis, validissimam gentis urbem cuni-
culo cepit. Barbaris simile monstri visum est, ru-
di-

dibus militarium operum. Quippe in media ferme urbe è terra existebant, nullo suffossi specus ante vestigio facto. Octoginta millia Indorum in ea regione cèsâ, Clitarchus est auctor, multosque captivos sub coronâ venisse. Rursùs Musicanî defecrunt, ad quos opprimendos missus est Python. Qui captum Principem gentis, eundemque defectionis auctorem, adduxit ad Regem. Quo Alexander in crucem sublato, rursùs amnem, in quo classem expectare se jussérat, repetit Quarto deinde die secundo amne pervenit ad oppidum, quâ iter in Regnum erat Sabi. Nuper se ille dediderat; sed Necc oppidanî detrectabant imperium, & clauerant a n portas. Quorum paucitate contémptâ, Rex D. Agrianos mœnia subire jussérat, & sensim rece-
dentes elicere extra muros hostem, sequuturum pro profectò, si fugere eos crederet. Agriani (sicut im-
peratum erat) lacesito hoste, subitò terga verte-
runt: quos Barbari effusè sequentes, in alios, in-
ter quos ipse Rex erat, incident. Renovato ergo
prælio, ex tribus millibus Barbarorum sexcenti cæ-
si sunt, mille capti, cæteri mœnibus urbis inclusi.

NOTAS.

Iisdem. Conoció de la causa acusandole los mismos Parapamanes.

Quippe in. Porque aparecian por debajo de tierra, en medio de la Ciudad, sin haberse descubierto antea señal alguna de la mina.

Sub coronâ. Fueron vendidos por esclavos.

Subire. De que se acercasen à las murallas.

CAPITULO XIX.

*WEREN LOS MACEDONIOS DE HERIDAS
que parecian ligeras: peligro, en que se vio Ptolemeo:
Qui sentimiento de todo el ejercito: sanale Alejandro
con una hierba, que vio en sueños.*

¶ Ed non, ut primâ specie lœta victoria, ita even-
die tu quoque fuit. Quippe Barbari veneno tin-
uerant gladios. Itaque faucii subinde expirabant.
Nec causa tam strenuæ mortis excogitari poterat
medicis, cùm etiam leves plagæ insanabiles es-
sent. Barbari autem speraverant, incautum, & te-
merarium Regem excipi posse. Et fortè inter
imprimitissimos dimicans, intactus evalerat. Præ-
cipue Ptolemaeus lœvo humero leviter quidem sau-
cius, sed majore periculo, quam vulnere affictus,
Regis solitudinem in se converterat. Sanguine
conjunctus erat, & quidam Philippo genitum esse
credebant. Certè pellice ejus ortum constabat. Idem
corporis custos, promptissimusque bellator, & pa-
cis artibus, quam militiæ major, & clarior, mo-
dico, civilique cultu, liberalis in primis, ad tu-
que facilis, nihil ex fastu Regio assumpserat. Ob
hæc Regi, an popularibus charior esset, dubitari
poterat, tum certè primùm expertus suorum ani-
mos, adeò ut fortunam, in quam postea ascendit,
in illo periculo Macedones ominati esse videan-
tur. Quippe non levior illis Ptolomæi fuit cura,
quam Regis. Qui & prælio, & solitudine fati-
gatus cum Ptolomæo assideret, lectum, in quo
ipse

ipse acquiesceret, jussit inferri. In quem ut se
cepit, protinus altior insequutus est somnus. Ex
quo excitatus, per quietem vidisse se exponit speciem
draconis oblatam herbam ferentis ore, quam veneni
remedium esse monstrasset. Colorem quoque herbae
referebat; agnitus, si quis reperisset, affirmans.
Inventamque deinde, quippe à multis erat requi-
sita, vulneri imposuit. Protinusque dolore finito-
intra breve spatum cicatrix quoque obducta est.
Barbaros ut prima spes fefellerat, seipso, urbem-
que dediderunt. Hinc in proximam gentem Patha-
liam perventum est. Rex erat Mœris, qui urbe
desertâ, in montes profugerat. Itaque Alexander
oppido potitur, agrosque populatur. Magnæ inde
prædæ actæ sunt pecorum, armentorumque, mag-
na vis reperta frumenti. Ducibus deinde sumptis
amnis peritis, defluxit ad insulam medio fermè
alveo enatam.

NOTAS.

Tam strenuæ. Tan pronta, y repentina,
Excipi posse. Que podia ser herido.

Intactus. Habia salido libre, y sin herida alguna.
Sanguine. Era pariente suio.

Modico. Su modo de vivir era moderado, y vulgar.
Aditu. Y daba entrada à cualquiera. Hombre accesible.

Fortunam. La dignidad real, à que despues llegó.

Ducibus. Dejandose llevar de pilotos diestros.

Medio. Nacida en medio del rio.

CAPITULO XX.

NO HALLANDO PILOTOS, QUE GOBIERNEN
sus naves, se embarca sin ellos para el Oceano,
y llega à él.

Ibi diutiùs subsistere coactus, quia duces socor-
diùs asservati profugerant, misit, qui con-
quirerent alios: nec repertis, pervicax cupido
visendi Oceanum, adeundique terminos mundi
adegit sine regionis peritis, ut flumini ignoto caput
fluum, totque fortissimorum virorū salutem permit-
teret. Navigabant ergo omnium, per quæ fereban-
tur, ignari. Quantum inde abesset mare, quæ gentes
tolerent, quam placidum amnis os, quam patiens
longarum navium esset, anceps, & coeca aestima-
tio augurabatur. Unum erat temeritatis solarium,
perpetua felicitas. Jam CCCC stadia procerferant,
cum gubernatores agnoscere ipsos auram maris, &
aud procul videri sibi Oceanum abesse, indicant
Regi. Lætus ille hortari nauticos cœpit, incum-
berent remis. Adesse finem laboris omnium votis expeti-
un. Jam nihil gloriae deesse, nihil obstatre virtuti. Sine
allo Martis discrimine, sine sanguine orbem terræ ab
illis capi. Nec naturam quidem longius posse procedere.
Brevi incognita, nisi immortalibus, esse visuros. Pau-
cos tamen navigio emisit in ripam, qui agrestes
vagos exciperent, è quibus certiora nosci posse spe-
rabat. Illi scrutati omnia tuguria, tandem latentes
repere. Qui interrogati, quam procul abesset
mare, responderunt: nullum ipsos mare ne fama qui-
dam accepisse, caterum tertio die perveniri posse ad
aquam

aquam amaram, quæ corrumperet dulcem. Intellectum est mare destinari ab ignaris naturæ ejus. Itaque ingenti alacritate nautici remigant, & proximo quòque die, quò propriùs spes admovebatur, crescebat ardor animorum. Tertio jam die mistum flumini subibat mare, leni adhuc æstu confundente dispares undas. Tum aliam insulam medio amnis sitam evecti paulò lenius, quia cursus æstu reverberabatur, applicant classem, & ad commieatus petendos discurrunt, securi casus ejus, qui supervenit ignaris.

NOTAS.

Ignoto. Esponiendo su vida, y la de tantos valientes hombres en un río desconocido, y que no habian sondeado aún.

Ignari. Sin saber que tierras, ó lugares eran aquellos por donde pasaban.

Quàm patiens. De que bageles era capaz, solo lo sabian por congeturas poco ciertas, y mal fundadas.

Perpetua. La continua felicidad del Rei, y de ellos.

Brevis. Que en breve verian con sus ojos, lo que está solo patente à los Dioses.

Navigio.. Hizo desembarcar à algunos, para que tomasen lengua.

Nullum ipsos. Que ni aun de oidas sabian, que cosa era mar.

Leni. Con el flujo sosegado aun.

Tum aliam. Llevólos despues à una isla, que estaba dentro del mar; pero con mas lentitud, porque detenia el curso de la nave, y del río el flujo, ó la alta marea.

Securi. Bien descuidados de lo que les sucedió despues.

CA-

CAPITULO XXI.

*PELIGRO EN QUE SE VIERON LAS NAVES
del Rei en la alta marea.*

Tertia fermè hora erat, cùm statâ vice Oceanus exæstuans invehî coepit, & retrò fluo urgere. Quod primò coercitum, deinde vehementius pulsum, majore impetu adversum agebatur, quàm torrentia præcipiti alveo incurrunt. Ignota vulgo freti natura erat, monstraque, & ire Deum indicia cernere videbantur. Identidem intumescere mare, & in campos paulò antè siccis descendere superfusum. Jamque levatis navigiis, & totâ classe dispersâ, qui expositi erant, undique ad naves trepidi, & improviso malo attoniti recurrunt. Sed in tumultu festinatio quòque tarda est. Hi contis navigia appellabant; hi, dum considerent, remos aptari prohibebant. Quidam enavigare properantes, sed non expectatis, qui simul esse debebant, clauda & inhabilia navigia languide moliebantur. Aliæ navium inconsultè ruentes non receperant. Pariterque & multitudo, & paucitas festinantes morabatur. Clamor hinc expectare, hinc ire jubentium; dissonæque voces nusquam idem, ac unum tendentium, non oculorum modò usum, sed etiam aurium abstulerant. Ne in gubernatoribus quidem quidquam opis erat, quòrum nec exaudiri vox à tumultuantibus poterat, nec imperium à territis, imcompositisque servari. Ergo collidi inter se naves, abstergerique invicem remi, & alii alio-

rum navigia urgere cœperunt. Crederes non unius exercitus classem vehi, sed duorum navale inisse certamen. Incutiebantur pupibus proræ: premebantur à sequentibus, qui antecedentes turbaverant. Jurgantium ira perbeniebar etiam ad manus. Jamque æstus totos circa flumen campos inunda- verat, tumulis duntaxat eminentibus, velut insulis parvis, in quos plerique trepidi, omissis naviis, enare cœperunt. Dispersa classis partim in præaltâ aquâ stabat, quâ subsederant valles; partim in vado hærebat, utcunque inæquale terræ fastigium occupaverant undæ, cum subito novus, & pristino major terror incutitur. Reciprocare cœpit mare, magno tractu aquis in suum fretum recurrentibus; reddebatque terras paulò autè profundo salo mersas. Igitur destituta navigia, alia præcipitantur in proras, alia in latera procumbunt. Stratierant campi sarcinis, armis, avulsarum tabularum, remorumque fragmentis. Miles nec egredi in terram, nec in nave subsistere audebat, identidem præsentibus graviora, quæ sequerentur, expectans. Vix, quæ perpetiebantur, videre ipsos posse credebant: in sicco naufragia, in amni mare. Nec finis majorum: quippe æstum paulò post mare relaturum, quo navigia allevarentur, ignari, famem & ultima sibimet ominabantur. Belluæ quoque fluctibus destitutæ, terribiles vagabantur.

NOTAS.

Quod. La cual corriente del río, contenida no mas al principio, impeliéndola despues con maior violencia la hizo retroceder con mayor impetu.

Igno-

ignota. No entendian nada los soldados de este flujo, y refujo del mar.

Levatis. Los que estaban en las orillas los cuales se iban lebantando mas conforme iba lebantandose la alta marea.

Properantes. Se daban priesa à remar, pero no esperando à los que juntamente y à una debian hacerlo, apenas podian mover los navios faltos de remos, y otros instrumentos.

Inconsulte. A los que se echaban de tropel en ellas Tendentium. Y unas voces opuestas, y que jamas pedian una misma cosa.

Abstergerique. Y arrozarse, y romperse unos remos con otros.

Acutiebantur. Las proas de los unos dahan contra las popas de los otros, y los que hacian daño en los que iban delante de si, lo recibian de los que iban de tras.

Iumulis. Descubriendose solo sobre el agua algunas alturas de tierra.

Præaltâ. En bastante fondo de agua, en la parte que habia cubierto el agua los valles, y estos estaban mas profundos.

Ucumque. Conforme à la maior, ó menor altura de aquella tierra, en que habia entrado el agua.

Reciprocare. Empezo la baja marea, el refujo.

Reddebatque. Y dejaba en seco las tierras, sumergidas antes por las aguas.

Destituta. Faltos de agua.

Quippe æstum. Porque no sabiendo, que al dia siguiente bolveria la alta marea.

Ultima. Y la muerte.

PROVIDENCIAS DE ALEJANDRO PARA ASEGURAR su armada: entra en el Oceano, y buelve despues à los suyos: embia, quienes averiguen las propiedades del Oceano.

JAmque nox appetebat, & regem quoque desperatio salutis ægritudine affecerat. Non tamen invictum animum curæ obruunt, quin totâ nocte præsideret in speculis, equitesque præmitteret ad os amnis, ut, cum mare rursus exæstuaræ sensissent, procederent. Navigia quoque lacerata refici, & everfa fluctibus erigi jubet, paratosque esse, & intentos, cum rursus mare terras inundasset. Totâ eâ nocte inter vigilias, adhortationesque consumptâ, celeriter equites ingenti cursu refugere. Et secutus est æstus. Qui primò, aquis leni tractu subeuntibus, caput levare navigia, mox totis campis inundans, etiam impulit classem: plausque militum, nauticorumque insperatam salutem immodico celebrantium gaudio, litoribus, ripisque resonabat. Unde tantum redisset subito mare? quò pridie refugisset? quenam esset ejusdem elementi natura, modò discors, modò imperio temporum obnoxia? mirabundi requirebant. Rex, cum ex eo, quod acciderat, conjectaret, post Solis ortum statum tempus esse, media nocte ut æstum occuparet, cum paucis navigiis secundo amne defluxit, evectusque os ejus, CCCC. stadia processit in mare. Tandem voti sui compos, præsidibus & maris & locorum Diis sacrificio facto, ad classem rediit. Hinc adversum flumen subiit classis. Et altero die apulsa est haud procul lacu salso: cuius ignota natura plerosque decepit temerè ingressos aquam. Quippe scabiosæ

bies corpora invasit, & contagium morbi etiam
in alios vulgatum est. Oleum remedio fuit. Leo-
nito deinde præmisso, ut puteos foderet, quæ ter-
restri itinere ducturus exercitum videbatur (quip-
pe sicca erat regio) ipse cum copiis substitut, ver-
num tempus expectans. Interim urbes plerasque
condidit. Nearcho, atque Onescrito, nauticæ rei
peritis, imperavit, ut validissimas navium deduce-
rent in Oceanum, progresisque, quoad ruitò possent,
naturam maris noscerent: vel eodem amne, vel Es-
tate subire eos posse, cum reverti ad se vellent.

NOTAS.

In speculis. En la gavia, ó combes de atalaia.
Os amnis. La desembocadura del rio. Por donde en-
tra en el mar.

Modò. Ya apuesta, ya sujeta.

Post solis. Que el tiempo de la altamarea era despues
de amanecer; para prevenirse, y anticiparse al flujo
se hizo à la vela à la media noche, y entrando en
la desembocadura del rio.

Voti sui compos. Saliendo con su intento.

Præsidibus. A Neptuno, Glauco, Ino Ninfa, y Mel-
licerta su hijo Sc. vide Cic. quæst. 1. Tuscul.

Adversum flumen. Contra la corriente del rio: Rio
arriba; segundo amne es rio abajo, dejandose lle-
var de la corriente.

CAPITULO XXIII.

ENTREGANSELE VARIAS GENTES: FUNDA UNA
Ciudad: saquea los Indios: hambre de su ejercito.

J Amque mitigatâ hyeme, & navibus, quæ inuti-
les videbantur, crematis, terrâ ducebatur exer-

citum. Nonis castris in regionem Abaritarum, inde totidem diebus in Gedrosiorum regionem per ventum est. Liber hic populus, concilio habito, dedit se. Nec quidquam deditis præter commensus imperatum est. Quinto hinc die venit ad flu men, *Arabon* incolæ appellant. Regio deserta, & aquarum inops excipit, quam emensus in Horitas transfit. Ibi majorem exercitus partem Hephæstionis tradidit: levem armaturam cum Ptolemeo, Leonatoque partitus est. Tria simul agmina popula bantur Indos: magnæque prædæ actæ sunt. Maritimis Ptolemæus; cæteros ipse Rex, & ab aliâ parte Leonatus urebant. In hâc quòque regione urbem condidit, deductique sunt in eam Arachosii. Hinc pervenit ad maritimis Indos. Desertam, vastamque regionem latè tenent, ac ne cum finitimi quidem ullo commercii jure miscentur. Ip sa solitudo naturâ quòque immitia efferavit inge nia. Prominent ungues nunquam recisi, come hirsutæ, & intonsæ sunt. Tuguria contis, & cæteris purgamentis maris struunt. Ferarum pelli bus tecti, piscibus Sole duratis, & majorum quòque belluarum, quas fluctus ejicit, carne vescuntur. Consumptis igitur alimentis, Macedones primò inopiam, deinde ad ultimum famem sentire cæperunt, radices palmarum (namque sola ea arbor gignitur) ubique rimantes. Sed, cùm hæc quòque alimenta defecerant, jumenta cædere aggressi, ne equis quidem abstinebant. Et, cùm deessent, quæ sarcinas veherent, spolia de hosti bus, propter quæ ultima Orientis peragraverant, cremabant incendio.

NOTAS.

Levem. *Los que iban armados à la ligera.*

Efferavit. *Los hace mas feroces de lo que fueran por su natural.*

Purgamentis. *Y con lo que arroja el mar à las plaias.*

Rimantes. *Buscando, y arrancando por todas partes.*

CAPITULO XXIV.

PESTE EN EL EGERCITO DE ALEJANDRO,
de que mueren muchos.

FAMEM deinde pestilentia sequuta est. Quippe in salubrium ciborum novi succi; ad hoc itineris labor, & ægritudo animi, vulgaverant morbos. Et nec manere sine clade, nec progredi poterant. Manentes fames, progressos acrior pestilentia urgebat. Ergo strati erant campi penè pluribus semivivis, quam cadaveribus. Ac ne levius quidem ægri sequi poterant: quippe agmen raptim agebatur; tantum singulis ad spem salutis ipsos proficere credentibus, quantum itineris festinando præciperent. Igitur qui defecerant, notos, ignotoque, ut allevarentur, orabant. Sed nec iumenta erant, quibus excipi possent, & miles vix arma portabat, imminentisque etiam ipsi facies mali ante oculos erat. Ergo sæpius revocati, ne respicere quidem suos sustinebant, misericordiâ in formidinem versâ. Illi relictæ Deos testes, sacra communia, Regisque implorabant opem. Cumque frustrâ surdas aures fatigarent, in rabiem desperatione versi, parem suo exitum, similesque ipsis amicos, & contubernales precabantur. Rex dolore umul, & pudore anxius, quia causa tante

cladis ipse esset, ad Phrataphernem Parthienorum Satrapen misit, qui juberet camelis cocta cibaria afferre. Alios quòque finitimarum regionum Præfectos, certiores necessitatibus suæ fecit. Nec cestatum est ab his. Itaque fame duntaxat vindicatus exercitus, tandem in Gedrosię fines perducitur. Omnium rerum solo fertili regio est, in qua stativa habuit, ut vexatos milites quiete firmaret.

NOTAS.

Ad hoc. Ademas de esto el trabajo.

Raptim. A toda prisa.

Quantum. Cuanto camino pudiesen adelantar, dandose prisa.

Excipi. En que pudiesen ponerlos.

Sacra. El que profesaban una misma religien.

Parem exitum. Muerte semejante à la juia.

Nec cestatum. No dejaron estos de hacerlo prontamente.

Vindicatus. Libre de la hambre.

CAPITULO XXV.

CARTAS DE LEONATO, Y CRATERO : RESARCE
Alejandro el daño que habia padecido su gente : à imitacion de Baco dispone un triunfo : muerte
de Astaspe.

HIC Leonati litteras accipit, conflixisse ipsum cum octo millibus peditum, & CCCC equitibus Oritarum, prospero eventu. A Cratero quòque nuntius venit, Ozinem, Θ Zariaspen nobiles Persas defctionem molientes oppressos à se, in vinculis esse. Præposito igitur regioni Siburtio (namque Memnon Præfектus ejus nuper interierat morbo)

bo) in Carmaniam ipse processit. Aspastes erat
strates gentis suspectus res novare voluisse, dum
in Indiâ Rex esset. Quem occurrentem, dissimu-
litâ irâ, comiter alloquitus, dum exploraret, quæ
delata erant, in eodem honore habuit. Cum In-
diæ Præfecti (sicut imperatum erat) equorum, ju-
mentorumque jugalium vim ingentem ex omni,
quæ sub Imperio erat, regione misserent, qui-
bus deerant impedimenta, restituit. Arma quò-
que ad pristinum refecta sunt cultum. Quippe
haud procul à Perside aberant, non pacatâ mo-
dò, sed etiam opulentâ. Igitur (ut suprà dictum
est) æmulatus Patris Liberi non gloriam solùm,
quam ex illis gentibus deportaverat, sed etiam fa-
mam (sive illud triumphus fuit ab eo primum ins-
titutus, sive bacchantium lusus statuit imitari)
nimmo super humanum fastigium elato; vicos, per
quos iter erat, floribus, coronisque sterni jubet, limi-
nibus ædium crateras vino repletos, & alia eximiae
magnitudinis vasa disponi, vehicula deinde constrata,
ut plures capere milites possent, in tabernaculorum
medum ornari, alia candidis velis, alia ueste pre-
tiosa. Primi ibant amici, & cohors Regia, variis
redimita floribus, coronisque Alibi tubicinum
cantus, alibi lyræ sonus audiebatur. Ibat in ve-
hiculis pro copia cujusque adornatis, commessa-
bundus exercitus, armis, quæ maximè decora-
erant, circumpendentibus. Ipsum, convivasque
currus vehebat, crateris aureis, ejusdemque ma-
terie ingentibus poculis prægravis. Hoc modo per
dies septem bacchabundum agmen incessit, para-
ta præda, si quid victis saltē aduersus comedan-
tes

tes animi fuisset. Mille herculè , viri modò , & sobrii, septem dierum crapulâ graves in suo triumpho capere potuerunt. Sed fortuna , quę rebus famam premiumque constituit , h̄ic quōque militiæ probrum vertit in gloriam. Et præsens ætas , & posteritas deinde mirata est , per gentes nondum satis domitas incessisse temulentos , Barbaris, quod temeritas erat , fiduciam esse credentibus. Hunc apparatus carnifex sequebatur. Quippe Satrapes Aspastes (de quo ante dictum est) interfici iussus est. Adeò nec luxuriæ quidquam crudelitas , nec crudelitati luxuria obstat.

NOTAS.

Dum in. *Mientras Alejandro habia estado en la India. Vim ingentem. Mucho numero : muchas bestias de carro.*

Deerant. *A los que les hacian falta , para llebar sus cargas.*

Sive illud. *O ya fuese que esto fue una especie de triunfo inventado por él.*

Sive. *O representacion de lo que se hace en las fiestas del Dios Baco.*

Pro copia. *Segun la posibilidad de cada uno.*

Parata præda. *Despojo , y victimas dispuestas , si bajaran tenido los vencidos algun animo.*

Mille. *Solo mil , con tal que fueran hombres , y estubieran sobre si.*



LIBER DECIMUS.

CAPITULO I.

*HACE ALEJANDRO JUSTICIA CONTRA
algunos Gobernadores suios, y contra seiscientos
ministros de sus injusticias.*



Isdem ferè diebus Cleander , & Sitalces , & cum Agathone Eracon superveniunt , qui Parmenionem iussu Regis occiderant : quinque milia peditum cum equitibus mille . Sed & accusatores eos è provinciâ , cui præfuerant , sequebantur . Nec tot facinora , quot admiserant , compensare poterant cædis perquam gratae Regi ministerio . Quippe cum omnia profana spoliaissent , ne sacrî quidem abstinuerant : virginesque , & principes fœminarum stupra perpeſſæ , corporum ludibria deflebant . Invisum Macedonum nomen avaritia eorum , ac libido Barbaris fecerat . Inter omnes tamen eminebat Cleandri furor , qui nobilem virginem constupratam servo suo pellicem dederat . Plerique amicorum Alexandri , non tam criminum , quæ palam objiciebantur , atrocitatem , quam memoriam occisi per eos Parmenionis , quod tacit-

tacitum prodesse reis apud Regem poterat , intuebantur , læti recidisse iram in iræ ministros , nec ullam potentiam scelere quæsitam cuiquam esse diutinam. Rex , cognitâ causâ , pronuntiavit , ab accusatoribus unum , & id maximum crimen esse præteritum , desperationem salutis suæ . Nunquam enim talia ausuros , qui ipsum ex India sospitem aut optas- sent reverti , aut credidissent reversurum . Igitur hos quidem vinxit : DC autem militum , qui sævitæ eorum ministri fuerant , interfici jussit. Eodem die sumptum est supplicium de his quòque , quos autores defectionis Persarum Craterus adduxerat.

NOTAS.

Quinque millia. Suplase el verbo adducebant , uero equivalente.

Tantum. En su corazon , y animo : en el interior.
Recidisse. Alegres de que fuesen el objeto de la indignacion de Alejandro aquellos de quienes se habia servido para satisfacer à su enojo.

Desperationem. El haber creido ellos que no bolveria vivo de la India.

CAPITULO II.

ADQUIERE ALEJANDRO MUCHAS NOTICIAS del Oceano , y de una de sus Islas : marchas ideadas de Alejandro per sujetar todo el mundo.

43 **H**AUD multò post Nearchus , & Onesicritus , quos longius in Oceanum procedere jusserrat , supervenerunt. Nuntiabant autem quedam audita , alia comperta. Insulam ostio amnis subjec-

jectam auro abundare , inopem equorum esse.
Singulos equos ab jis , qui ex continentia trajice-
re auderent , singulis talentis emi. Plenum esse
belloiarum mare , æstu secundo eas ferri , magna-
rum navium corpora æquantes, truci cantu deterri-
tas sequi classem , cum magno æquoris strepitu, ve-
lut demersa navigia , subisse aquas. Cætera inco-
lis crediderant : inter quæ Rubrum mare non à co-
lore undarum , ut plerique crederent , sed ab Ery-
thro Rege appellari. Esse haud procul à continen-
ti insulam palmetis frequentibus constitam , & in
medio ferè nemore columnam eminere , Erythri
Regis monumentum , literis gentis ejus scriptam.
Adjiciebant , navigia , quæ lixas , mercatoresque ve-
xissent , famam auri sequutis gubernatoribus , in
insulam esse transmissa , nec deinde ab jis postea
visa. Rex cognoscendi plura cupidine accensus , rur-
sùs eos terram legere jubet , donec ad Euphratem
appellerent classem , inde adverso amne Babylo-
nem subituros. Ipse animo infinita complexus , sta-
tuerat , omni ad Orientem maritimâ regione per-
domitâ , ex Syriâ petere Africam , Carthagini in-
fensus. Inde Numidię solitudinibus peragratiss , cur-
sum Gades dirigere (ibi nanque columnas Hercu-
lis esse , fama vulgaverat) Hispaniam deinde ,
quam Iberiam Græci à flumine Ibero vocabant,
adire ; & prætervehi Alpes , Italiæque oram , una-
de in Epirum brevis cursus est. Igitur Mesopota-
miae Prætoribus imperavit , materiam in Libano mon-
te cæsâ , devectâque ad urbem Syriæ Tapsacum ,
ingentium carinas navium ponere , septiremes om-
nes esse , deducique Babylonem. Cypiorum Regi-
bus

bus imperatum, ut æs, stupamque, & vela præberent. Hæc agenti, Pori, & Taxilis Regum literæ traduntur, Abisarem morbo, Philippum Præfectum ipsius ex vulnere interiisse, oppressosque, qui vulnerassent eum. Igitur Philippo substituit Eudæmouem. Dux erat Thracum. Abisaris Regnum filio ejus attribuit.

NOTAS.

Subjectam. Que estaba à la desembocadura del río Indo. Fruci. Que espantadas con voces descompasadas, y balaridos para que no siguiesen el navio, se habian zbulido.

In insulam. Habian aportado à la Isla, sin que los baliuiesen despues ha ver.

Legere terram. Ir costeando hasta la boca del Eufrates, y que de allí río arriba fuesen à Babilonia.

CAPITULO III.

*PRESENTES, QUE HACE ORSINO A ALEJANDRO
y sus amigos: es inicuamente acusado
y muerto.*

*S*o **V**Entum est deinde Pasargadas. Persica est gens, cuius Satrapes Orsines erat, nobilitate, ac divitiis inter omnes Barbaros eminens. Genus ducebatur à Cyro quondam Rege Persarum. Opes & à majoribus traditas habebat, & ipse longa Imperii possessione cumulaverat. Is Regi cum omnis generis donis, non ipsi modò ea, sed etiam amicis ejus daturus, occurrit. Equorum domiti greges

lequebantur, currusque argento, & auro adorna-
 ti, pretiosa supellex, nobiles gemmæ, aurea mag-
 ni ponderis vasa, vestesque purpureæ, & signa-
 i argenti talentum quatuor millia. Ceterum tan-
 ta benignitas Barbaro causa mortis fuit. Nam,
 cum omnes amicos Regis donis super ipsorum
 vota coluisse, Bagoæ spadoni, qui Alexandrum
 obsequio corporis devinxerat sibi, nullum hono-
 rem habuit. Admonitusque à quibusdam, quām
 Alexandro cordi esset, respondit: *amicos Regis,*
unscorta, se colere, nec moris esse Persis, mares du-
re qui stupro effeminarentur. His auditis, spado
 potentiam flagitio, & dedecore quæsitam, in ca-
 put nobilissimi, & insontis exercuit. Nanque gen-
 sis ejusdem levissimos falsis criminibus adstruxit, mo-
 ritos tum demùm ea deferre, cum ipse jussisset.
 Interim, quoties sine arbitris erat, credulas Re-
 gis aures implebat, dissimulans causam iræ, quòd
 gravior criminantis auctoritas esset. Nondum sus-
 pectus erat Orsines, jam tamen vilior. Reus enim
 a secreto agebatur, latentis periculi ignarus. Jam
 natura erant in perniciem innocentis mendacia,
 & fatum, cuius inebitabilis sors est, appetebat.
 Fortè enim sepulchrum Cyri Alexander jussit ape-
 tri, in quo erat conditum ejus corpus, cui dare
 solebat inferias. Auro, argentoque repletum esse
 rediderat. Quippe ita famâ Persæ vulgaverant. Se d-
 rater clypeum ejus putrem, & arcus duos Scy-
 aicos, & acinacem, nihil reperit. Ceterum co-
 nona aureâ impositâ, amiculo, cui assueverat ipse,
 solium, in quo corpus jacebat, velavit; miratus
 tanti nominis Regem, tantis præditum opidus,
 hand

haud pretiosius sepultum esse, quam si fuisset è plebe. Proximus erat lateri spado, qui Regem intuens. *Quid mirum*, inquit, *est*, *inanis sepulchra esse Regum*, cùm Satraparum dominus aurum inde egestum capere non possint? *Quod ad me attinet*, ipse hoc bustum antea non videram, sed ex Dario ita accepi, tria millia talentum condita esse cum Cyro. Hinc illa benignitas in te, ut quod impunè habere non poterat Orsines, donando etiam gratiam iniret. Concitaverat jam animum in iram, cùm hi, quibus negotium idem dederat, superveniunt. Hinc Bagoas, hinc ab eo subornati, falsis criminibus occupant aures. Antequam accusari se suspicaretur Orsines, in vincula traditus est. Non contentus supplicio insontis spado, ipse morituro manum injectit. Quem Orsines intuens. *Audieram*, inquit, *in Asia olim regnasse fœminas*, *hoc vero novum est*, *regnare castratum*. Hic fuit exitus nobilissimi Persarum, nec insontis modò, sed eximiè quoque benignitatis in Regem.

NOTAS.

Donis super. *Habiéndoles regalado mas de lo que podian desear, y prometerse.*

Potentiam. *Se valio y uso de su mucho poder habido por malos medios contra Orsines hombre mui distinguido, è inocente.*

Levissimos. *Sobornó è instruió en falsos testimonios à los mas viles de su nacion.*

De ferre. *Avisados de que fuesen à hacer la acusacion, cuando.*

Nondum. *Nada sospechaba aún Alejandro de Orsines si bien no le estimaba ya tanto.*

Agebatur. Le acusaban como à reo , cuando el Rei estaba à solas.

Et fatum. Y habia llegado el dia de su muerte , de que ninguno puede verse libre.

Solum. Urna , ó caja , para poner en ella los difuntos.

Bustum. Sepulcro.

CAPITULO IV.

*MUERTE DE FRADATES: CRUELIDAD , Y VICIOS
de Alejandro : rebelion de casi toda la Tracia,
y parte de la Grecia : muere Harpalos
à traicion.*

Eodem tempore Phradates Regnum affectasse suspectus occiditur: Cœperat esse præceps ad representanda supplicia , idem ad deteriora credenda. Scilicet res secundæ valent commutare naturam , & raro quisquam erga bona sua satis cautus est. Idem enim paulò ante Lyncestem Alexandrum , delatum à duobus indicibus , damnare non sustinuerat , humiliores quoque reos , contra suam voluntatem , quia cæteris videbantur insontes , passus absolvì. Hostibus victis regna reduxerat. Ad ultimum à semetipso degeneravit usque adeò , ut adversus libidinem animi , arbitrio scorti aliis Regna daret , aliis adimeret vitam. Iisdem ferè diebus literas à Cœno accipit de rebus in Europâ gestis , dum ip' e Indiam subigit. Zopyrio Thraciæ præpositus , dum expeditionem in Getas faceret , tempestatibus , procellisque subitò coortis , cum toto exercitu oppressus erat. Quâ

cogitâ clade, Seuthes Odrysas populares suos ad defectionem compulerat. Amissâ propemodùm Thraciâ, nec Græcia quidem erat in fide. *** Igitur triginta navibus Sunium transmittunt. Promontorium est Atticæ terræ, undè portum urbis petere decreverant. His cognitis, Rex Harpaloo, Atheniensibusque juxtâ infestus, classem parari jubet. Athenas protinus petiturus. Quod consilium dum agitat, clam literæ ei redduntur. Harpalum intrasse quidem Athenas, pecunia conciliaffe sibi principum animos, mox concilio plebis habito, jussum urbe excedere, ad Græcos milites pervenisse, à quibus interceptum, & trucidatum à quodam vitatore per infidias.

NOTAS.

Cœperunt. Era ya precipitado Alejandro en castigar, y en echarlo todo à la peor parte, y dar asenso siempre à lo peor.

Et raro. Y es mui raro el hombre, que sabe usar bien de su felicidad.

Hostibus. Habia conservado en sus reinos, y en la dignidad de Reies à los enemigos, que habia vencido.

Transmittunt. Pasaron en treintâ naves à Sanio Harpaloo; y los que llevaban à sueldo.

CAPITULO V.

ALTERANSE LOS ATENIENSES POR UN ORDEN del Rei: paga las deudas de su ejercito: embia à su patria à los Soldados mas viejos: quieren todos lo mismo, y se alborotan.

HIS latus in Europam trajiciendi consilium omissit. Sed exules, præter eos, qui civili san-

sanguine aspersi erant, recipi ab omnibus Græcorum civitatibus, queis pulsi erant, ius sit. Et Græci haud ausi imperium alpernari, quamquam solvendarum legum id principium esse censebant, bona quoque, quæ extarent, restituere damnatis. Solis Athenienses non suę modò, sed etiam publicæ vindices libertatis, colluvionem hominum, quia ægre ferebant, non Regio Imperio, sed legibus, moribusque patriis regi assueti, prohibuere finibus, omnia potius toleraturi, quam pørgamenta quondam urbis suæ, tunc etiam exili admittent. Alexander, senioribus militum in patriam remissis, tredecim millia peditum, & duo millia equitum, quæ in Asiam retineret, eligi jussit, existimans, modico exercitu contineri posse Asiam, quia pluribus locis præsidia dispositisset, nuperque conditas urbes, quas colonis replefset, res renovare cupientibus obstare. Ceterū, priusquam exceraret, quos erat retenturus, edixit, ut omnes milites æ alienum profiterentur. Grave plerisque esse compererat. Et, quamquam ipsorum luxu contractum erat, dissolvere tamen ipse decreverat. Illi tentari ipsos rati, quò faciliùs ab integris sumptuosos discerneret, prolatando aliquantum extraherant temporis. Et Rex satis gnarus, professioni gris pudorem, non contumaciam obstare, mensas totis castris ponì jussit, & decem milia talentorum proferri. Tum demùm fide facta professi sunt. Nec amplius ex tantà pecuniâ, quam XXX. & C. talenta superfuere. Adeò illa exercitus, tot diuissimarum gentium vñctor, plus tamen victoriæ, quām præde deportavit ex Asiam. Ceterū, ut cognitum est,

est, alios remitti domum, alios retineri, perpetuam eum Regni sedem in Asiam habiturum rati, vecordes, & disciplinę militaris immemores, seditionis vocibus castra complent, Regemque ferocius, quam alias adorti, omnes simul missionem postulare coeperunt, deformia ora cicatricibus, caniciemque capitum ostentantes. Nec aut Praefectorum castigatione, aut verecundiā Regis deterriti, tumultuoso clamore, & militari violentiā volentem loqui inhibebant, palam professi, nusquam inde, nisi in patriam vestigium esse moturos. Tandem silentio facto, magis, quia motum esse credebant, quam quia ipsi moveri poterant, quidnam acturus esset, expectabant.

NOTAS.

Solvendarum. De quitarles la libertad, y dejar sin fuerza sus leyes.

Quia ægrè. Porque se les hacia mui cuesta arriba el obedecer al orden de Alejandro.

Grave. Que se hallaban los mas con muchas deudas.

Quò faciliūs. Para poder distinguir así facilmente los prodigos, y cargados de deudas, de los moderados, y que no debian nada.

Professioni. Que no por tema, sino por verguenza dejaban de declarar, y confesar sus deudas.

Vecordes. Furiosos.

Verecundia. Ni conteniendoles el respeto debido al Rei. Inhibebant. No le querian dejar hablar.

CAPITULO VI.

REPRENDE ALEJANDRO A LOS SUIOS : QUE-
janse estos uniformemente del discurso del Rei.

Alle , Quid hæc , inquit , repens confernatio? Et iam procax , atque effusa licentia denuntiat? Eloqui timeo. Palam certè rupislis imperium , & precariò Rex sum , cui non alloquendi , non noscendi , monendique , aut intuendi vos jus reliquistis. Equidem cùm alios dimittere in patriam , alios micum pau- lò post deportare statuerim , tam illos acclamantes vi- deo , qui abituri sunt , quām vos , cum quibus præmis- so subsequi statui. Quid hoc est rei? Dispari in causâ idem omnium clamor est. Pervelim scire , utrum , qui discedunt , an qui retinentur , de me querantur? Cre- deres uno ore omnes substulisse clamorem : ita pa- riter ex totâ concione responsum est , Omnes queri. Tum ille , Non bercule , inquit , potest fieri , ut ad- ducar , querendi simul omnibus hanc causam esse , quam offenditis , in quā major pars exercitus non est , utpo- te cùm plures dimiserim , quām retenturus sum. Sub- est nimirūm altius malum , quod omnes avertit à me. Quando enim Regem universus exercitus deseruit? Ne servi quidem uno grege profugiunt dominos , sed est quidam in illis pudor à cæteris destitutos relinquendi. Verūm ego tam furiosæ confarnationis oblitus , reme- dia insanabilibus conor adhibere. Omnem bercule spem , quam ex vobis conceperam , damno : nec ut cum mi- litibus meis (jam enim esse desistis) sed ut cum ingra- tissimis Civibus porrè agere decrevi. Secundis rebus ,

quæ circumflouunt vos, insanire cœpistis, obliti status ejus, quem beneficio exuistis meo Digni herculè, qui in eodem consenescatis, quoniam facilius est vobis advesam, quām secundam regere fortunam. En tandem Illyriorum paulò ante, & Persarum tributariis, Asia, & tot gentium spolia fastidio sunt. Modò sub Philippo seminudis, amicula ex purpurâ sordent: aurum, & argentum oculi ferre non possunt. Ligneæ enim vasæ desiderant, & ex cracibus scuta, rubiginemque gladiorum. Hoc cultu nitentes vos accepi, & quingenta talenta æris alieni, cùm omnis Regia supellex haud amplius, quām sexaginta talentorum esset, meorum mox operum fundamenta. Quibus tamen (abfit invidia) imperium maximæ terrarum partis imposui, Asia ne pertæsum est, quæ vos gloria rerum gestarum Diis pares fecit? In Europam ire properatis, Rege deserso, cùm pluribus vestrum defutarum viaticum fuerit, ni Æs alienum luissim, nempe ex Asiatica præda. Nec puder profundò ventre devictarum gentium spolia circumferentes reverti velle ad liberos, conjugesque, quibus pauci præmia victoriæ potestis ostendere. Nam cæterorum, dum etiam spei vestræ obviam istis, arma quoque pignori sunt. Bonis verò militibus cariturus sunt, pellicum suarum concubinis: quibus hoc solum ex tantis opibus supereft, quod impenditur. Preinde, fugientibus me, pareant limites: facessite hinc oxyū. Ego cum Persis abeuntium terga tutahor. Neminem teneo: liberate oculos meos, ingratissimi cives. Lati vos excipient parentes, liberique, sine vestro Rege redeuntes, obviam ibunt desertoribus, trans fugisque. Triumphabo meherculè de fugâ vestrâ, & ubicumque ero, expertam pœnas, hos, cùm quibus me relinquitis, colendo, præfem

frendo que *tobis*. Nam auem scietis, & quantum sine
Rege valeat exercitus, & quid opis in me uno sit. De-
siluit deinde frendens de tribunali, & in medium
armatorum agmen se immisit. Notatos quoque, qui
ferocissimè oblocuti erant, singulos manu corripuit,
nec ausos repugnare, tredecim asservandos custo-
dibus corporis tradidit.

NOTAS.

Quid hæc. Que quiere decir este alboroto repentino, y
essa desvergonzada, y desenfrenada libertad, que
ostomais?

Quid hoc est rei? Què es esto? Como es esto?

Uno ore omnes. Que todos à una.

Non hercule. No puedo ciertamente persuadirme, y
creer.

Utpote cum. Supuesto que.

Subest. Otra es la causa, y peor.

Destitutos. A sus amigos, y dueños desamparados de
los demás esclavos.

Omnem herculè. Ya no tengo confianza en vosotros
ni esperanza de vosotros.

Hoc cultu. En este estado os hallabais, cuando yo
tomé la Corona empeñada en quinientos talentos,
no teniendo el Erario sino sesenta, con los que di
principio, y (no es por alabarme, puedo decirlo
sin vanidad) me he hecho señor de casi todo el
mundo.

Nempè. Y esto de lo que he sacado de la Asia.

Profundo. Habiendo gastado en comer, y beber tanto
butin, y despojo de las naciones vencidas.

Nam coeterorum. Porque los demás han empeñado
sus armas, dándose priesa por la esperanza de bol-
verse.

In quod. Que aquellos , y aquellas , en quien lo gafan , y emplean .

Liberate. Quitoos de mis ojos : apartaos de mi.

Hos. Los Persas , y regimientos de naciones .

CAPITULO VII.

CASTIGA EL REI A ALGUNOS , SIN QUE AL-
guno ose oponersele : piden perdon los Macedonios ,
y el Rey no se lo dá .

QUIS crederet s̄avam paulo ante concionem obtorpuisse subito metu , &c , cùm ad supplicium videret trahi , nihil ausos graviora , quām cæteros , * tam effusam anteà licentiam , atque seditionis militum violentiam ita compressam , ut non modò nullus ex omnibus irruenti Regi restiterit , verūm etiam cuncti pavore exanimati , attoniti similes , quid de ipsis quoque Rex statuendum censeret , suspensâ mente expectarent ? Itaque * five Regii nominis , quod gentes , quæ sub Regibus sunt , inter Deos colunt ; five propria ipsius veneratio , five fiducia tantâ vi exercentis imperium , conterruit eos : singulare certè ediderunt patientiæ exemplum . Adeòque non sunt accensi supplicio commilitonum , cùm sub noctem imperfectos esse nossent , ut nihil omiserint , quod singuli magis obedienter , ac piè facerent . Nam , cùm postero die prohibiti aditu venissent , Asiaticis modò militibus admisisis , lugubrem totis castris edidere

clat

clamorem, denuntiantes, protinus esse morituros, si Rex perseveraret irasci. At ille pervicacis ad omnia, quæ agitasset, animi, peregrinorum militum concionem advocari jubet, Macedonibus intra castra cohibitis. Et, cùm frequentes coissent, adhibito interprete, talem orationem habuit.

NOTAS.

Sévam. Que aquella junta atrevida, è insolente.
 Inter Deos. Respetan como à Dioses à sus Reies
 Ipsiós. El respeto que tenian à Alejandro.
 Adeoque non. Y estubieron tan lejos de irritarse.

CAPITULO VIII.

ORACION DE ALEJANDRO A LOS PERSAS.

CUM ex Europâ trajicerem in Asiam, multas nobiles gentes magnam vim hominum Imperio meo me additurum esse sperabam. Nec deceptus sum, quod de his credidi farnæ. Sed ad illæ hoc quoque accessit, quod video fortes viros erga Reges suos pietatis invictæ. Luxu omnia fluere credideram, & nimia felicitate mergi in voluptates. At herculè munia militiæ hoc animorum, corporumque robore impigrè toleratis. Et, cùm fortis viri sis, non fortitudinem magis, quam fidem colitis. Hoc ego nunc primùm profiteor, sed olim scio. Itaque & delectum è vobis juniorum habui, & vos meorum militum corpori immiscui. Idem habitus, eadem arma sunt vobis; obsequium verò, & patien-

chia imperii longè præstantior est, quam ceteris. Ergo ipse Oxatris Persæ filiam mecum in matrimonio junxi, non designatus ex captivâ liberos tollere. Mox deinde, cum stirpem generis mei latius propagare cuperem, uxorem Darii filiam duxi: proximisque amicorum auctor fui ex captivis generandi liberos, ut hoc sacro fœdere omne discriminem victi, & victoris excluderem. Proinde genitos esse vos mihi, non ascitos milites credite. Asiae, & Europæ unum, atque idem Regnum est. Macedonum vobis arma do. Inveteravi peregrinam novitatem: & cives mei estis, & milites. Omnia eundem ducunt colorem. Nec Persis Macedonum mores adumbrare, nec Macedonibus Persarum imitari indecorum est. Ejusdem juris esse debent, qui sub eodem Rege victuri sunt.

NOTAS.

Sed ad illa. Pero à esto que yo esperé, y que creí, se añade tambien.

At herculè. Pero ciertamente que llevais las fatigas, que lleva de suyo la milicia con igual animo, que resistencia.

Hoc ego. Esta es la primera vez, que digo esto, pero ha mucho tiempo que lo sé.

Corpori immiscui. In corpore.

Obsequium. Aunque vuestra obediencia, y sujecion es maior, que la de los otros, y Macedonios.

Liberos tollere. Tener sucession.

Ut hoc. Para que por medio del vinculo del matrimonio.

Inveteravi. Hice que pasaren à ser usos recibidos las modas de los extrangeros.

Omnia eundem. Ya no os diferenciais de los Macedonios.

donios ni en el vestido , ni armas , ni costumbres ;
en nada os diferenciais ya Sc.

CAPITULO IX.

*HIA LA GUARDA DE SU PERSONA A LOS
Persas : arrepentimiento de sus soldados : perdonales
Alejandro : llama à Antipatro de la Macedonia,
y envia en su lugar à Cratero.*

*** „ **H**AC oratione habitâ, Persis corporis sui
48 „ custodiam credit, Persas satellites,
„ Persas apparitores fecit. Per quos
„ cùm Macedones , qui huic seditioni occasionem
„ dedissent , vincî ad supplicia traherentur , unum
„ ex iis , auctoritate , & ætate gravem , ad Re-
„ gem ita locutum ferunt. *** Quousque , inquit,
animo tuo , etiam per supplicia , & quidem externi
moris obsequeris ? Milites tui , cives tui , incognitâ cau-
sâ , captivis suis ducentibus , trahuntur ad pœnam . Si
mortem meruisse judicas , saltèm ministros suppli-
cii muta . Amico animo , si veri patiens fuisset , ad-
monebatur . Sed in rabiem ira pervenerat . Itaque
rursus (nam parumper , quibus imperatum erat ,
dubitaverant) mergi in amnem , sicut vincî erant ,
jussit . Nec hoc quidem supplicium seditionem mi-
litum movit . Namque copiarum Duces , atque ami-
cos ejus manipuli adeunnt , petentes : Ut , si quos
ad huc pristina noxa judicaret esse contactos , juberet
interfici , offerre se corpora iræ , trucidare . *** Post-
quam verò cognitum est , Persis Ducatus datos ,
Bar-

Barbaros in varios ordines distributos, atque Macedonica iis imposita nomina, se verò ignominiosè penitus rejectos esse, non jam amplius conceputum animi dolorem perferre potuerunt. Sed concursu in Regiam facto, interiori duntaxat retentâ tunicâ, arma ante jauuam, pœnitentiæ signum, projecerunt, ac præ foribus stantes intromitti se, sibique ignosci suppliciter, atque flentes orabant, utque Rex suppliciis suis potius faturet se, quam contumeliis: ipsos, nisi veniâ impetratâ, non discessuros. Quæ cum Alexandro nuntiata essent, aperitis Regiæ foribus ad ipsos est egressus. Postquam verò ipsorum ejulatum, atque pœnitentiam, nec non miserandum, atque afflictum habitum vidisset, diu quoque collacrymatus est. Eâque modestiâ, ut ipsis ignosceret, obtinuerunt. Eis deinde nunc modestè incusatis, nunc comiter appellatis, complures bello inutiles exauctoravit, magnificentissime que donatos dimisit. Scribens quoque ad Antipatrum Macedoniæ Præfectum, eis ad spectanda certamina priores in theatro sedes alsignari, coronatosque sedere jussit. Defunctorum quoque liberos pupillos paterna contrahere stipendia voluit; Catero iis præposito, quem etiam Antipatri loco, Macedonibus, Thessalîs, Thracibusque præesse jussit. Antipatrumque cum supplemento tyronum in Cateri locum vocavit.

NOTAS.

Quousquè. Hasta cuando ha de durar el dejarle llorar; y saciar tu rabia.

Manipuli. Acudian en cuadrillas, escuadras de soldados.

Postquam verò. Desde aqui hasta la muerte de Alejandro perecio, y echamos de menos la Historia de nuestro Autor; y Nosotros, por no privar à los letores de la mejor parte de la historiæ de Alejandro, nos conformamos, y ponemos aquí el suplemento que corre en las mas de las impresiones. (lacio.

Ducatus. Los oficios mas honrosos dentro, y fuera de Pasuret. Satisfaga antes à su justa indignacion, castigandolos, que tratandolos con tanta ignominia, y afrenta.

Etâque modestiâ. Y con estas humildes demonstraciones. Exauctoravit. Dio libertad à muchos soldados: dio la dimisoria, ó licencia, para bolverse à sus casas.

CAPITULO X.

DIFERENCIA ENTRE OLIMPIAS, Y ANTIPATRO:
pasa Alejandro à Ebatana: muerte de Hefestion:
sentimiento de Alejandro: entra en Babilonia
con presagios de alguna desgracia.

JAM pridem quidem Alejandro literæ & ab Olympiade matre, & ab Antipatro redditæ erant, ex quibus mutuam inter ipsos similitatem percepérat. Mater Antipatrum affectati Regni insimulabat. Antipater Olympiadem multa præter ipsius decorum gerere scripserat. Itaque evocari se valde iniquo ferens animo, Alexandrum veneno interficere statuit. Peractis his rebus omnibus, Alexander ad Ecbatana Mediae profectus, Regni necessaria dispositus: spectacula denuò, & solemnes indixit dies. Illis fortè diebus Hephaestion, quem Rex uni-

unicè, ac fratri loco diligebat, febricitans moritur. Ex quo Alexander incredibili affectus dolore multa, quæ Regiam majestatem minimè decerent, admississe dicitur. Miserum quippe medicum, tamquam in curando negligentior fuisset, suspendi jussit. Super amici corpus exanime ejulans procubuit; vixque inde ab amicis abstractus est. Diem, atque noctem luctum continuavit. Aliaque nonnulla feruntur, quæ quidem ego minimè credo. Illud tamen verum est, quod Alexander Hephaestioni, tamquam Heroi, sacrificari jussit. In funus, atque monumentum ei faciendum, plus, quam duodecim millia talentorum impensa sunt. Revertenti Babylonem Chaldaei Vates occurrerunt, monentes, ne Babylonem ingrederetur. Profectionem enim ejus per id tempus vitæ periculum ei portendere. Quibus spretis, quod destinaverat ire, pergit. Nuntiabatur enim ei, Legatos ex diversis terrarum orbis partibus undique Babylonem confluxisse, ejusque adventum expectare. Adeò totum orbem nominis ejus terror invaserat, ut cunctæ gentes, velut destinato sibi Regi, adularentur. Igitur tamquam conventum universi orbis actus, Babylonem pervenire festinabat. Quod cum venisset, Legatos omnes benignè suscepitos domum remisit.

NOTAS.

Præter ipsius. Que desdecian de una Reina, y Madre de Alejandro.

Velut destinato. Como si estubiese ya destinado para Rei suio.

Tamquam. Como para hacer allí cortes generales de todo el mundo.

CAPITULO XI.

DAN VENENO A ALEJANDRO EN UN COMBITE:
quiere matarse: entra à vérle su exercito , antes
de su muerte.

Iisdem ferè diebus convivium apud Thessalum Medium institutum est: ad quod Rex quoque cum sodalibus vocatus venit. Ibi nondum Herculis scypho epoto , repente velut telo confixus, ingemuit. Elatus è convivio semianimis , tanto dolore cruciatus est , ut ferrum in remedia posceret. Amici causam morbi intemperiem ebrietatis divulgarunt. Reverà autem insidiæ fuerunt , quarum inflamiam successorum potentia oppressit. Antipater enim præparatum venenum Cassandro Filio , qui cum fratribus Philippo, & Jolla Regi ministrare solebat , dederat , præmonito eo , ne aliis , quam Theffallo , & fratribus crederet. Philippus itaque, & Jollas , potum Regis prægustare soliti, in aquâ frigidâ venenum habentes , eam prægustatę potionis Regis supermiserunt. Quarto deinde die, cum milites partim mortuum suspicarentur , idque celari crederent, partim ejus desiderium ferre non possent, moesti sese in Regiam contulerunt , ut sibi Regis vivendi copia fieret , orantes. Atque à custodibus ex mandato Regis intromissi sunt. ***

NOTAS.

Herculis. *El vaso consagrado à Hercules. Alii: habiendo bebido en honor de Hercules.*

Crederet. *No fíase de otros el secreto: no lo comunicase.*
Eam. *Echaron el agua fria en la bebida del Rei, que habian gustado ya.*

Desiderium. *El deseo, que tenian de vér à Alejandro.*

PROSIGUE LA HISTORIA DE CURCIO. DESPL.
dese Alejandro de su Egercito : ultimas dispositio-
ciones suias , y su muerte.

Intuentibus lacrymæ obortæ præbuere speciem
jam non Regem , sed funus ejus visentis exerci-
tus. Mœror tamen circumstantium lectum eminebat.
Quos ut Rex aspexit: *Invenietis, inquit, cùm excessero,*
dignum talibus viris Regem? Incredibile dictu , audi-
tuque , in eodem habitu corporis , in quem se com-
posuerat, cùm admissurus milites esset , durasse, do-
nec à toto exercitu illo ad ultimum persalutatus est.
Dimissoque vulgo , velut omni vitæ debito libera-
tus , fatigata membra rejicit. Propiusque adire jus-
sis amicis (nam & vox deficere jam cœperat) detra-
ctum anulum digito Perdicæ tradidit , adjectis
mandatis , ut corpus suum ad Hammonem ferri ju-
beret. Quærentibusque his , cui relinquenter Reg-
num , respondit: *Ei , qui effet optimus: cœterūm præ-
videre jam se , ob id certamen magnos funebres ludos*
parari sibi. Rursus , Perdicca interrogante: *Quan-*
do cœlestes honores haberi sibi vellet , dixit: Tum velle,
cùm ipsi felices essent. Suprema hæc vox fuit Regis,
& paulò post extinguitur.

NOTAS.

Præbuere. Ofrecieron à la vista un egercito , que mi-
raba mas à su Rei muerto , que vivo.

Habitu. En la misma postura : De el modo mismo.
A toto ... ad ultimum. Todos uno a uno : desde el
primero hasta el ultimo.

Ob id certamen. Que por las diferencias , y alter-
caciones , que habria sobre su sucesor , se disponia
un

un teatro , en que se derramaria mucha sangre ;
muchas guerras civiles. Alude tambien à los especta-
culos de Gladiadores , que solian celebrar los Roma-
nos en las exequias de los grandes hombres.

CAPITULO XIII.

SENTIMIENTO UNIVERSAL EN LA MUERTE
de Alejandro , y demonstraciones de ello.

AC primò ploratu , lamentisque , & planctibus tota Regia personabat. Mox , velut in vasta solitudine , omnia tristi silentio muta torpebant , ad cogitationes , quid deinde futurum esset , dolore converso. Nobiles pueri custodiæ corporis ejus assueti , nec doloris magnitudinem capere , nec leipso intra vestibulum Regiæ retinere potuerunt : vagique , & furentibus similes , totam urbem luctu , ac moerore compleverant , nullis questibus omis- sis , quos in tali casu dolor suggerit. Ergo qui extra Regiam adstiterant , Macedones pariter , Barbarique concurrunt . Nec poterant victi à victoribus in communi dolore discerni. Persę justissimum , ac mitissimum Dominum , Macedones optimum , ac fortissimum Regem invocantes , certamen quod- dam moeroris edebant. Nec moestorum solum , sed etiam indignantium voces exaudiabantur , tam vi- ridem , & in flore ætatis , fortunæque , invidiæ Deum ereptum esse rebus humanis. Vigor ejus , & vultus edacentis in prælium milites , obsidentis urbes , evadentis in muros , fortes viros pro con-

cione donantis, occurrabant oculis. Tum Macedonas divinos honores negasse ei pœnitiebat; impiosque, & ingratos fuisse se confitebantur, quod aures ejus debitâ appellatione fraudassent. Et, cum diu nunc in veneratione, nunc in desiderio Regis hæsissent, in ipsos versa miseratio est. Macedonia profecti ultrâ Euphratem, mediis hostibus novum Imperium aspernantibus, destitutos se esse cernebant: sine certo Regis hærede, publicas vires ad se quemque tracturum. Bella deinde civilia, quæ secuta sunt, mentibus augurabantur. Iterum non de Regno Asie, sed de Rege, ipsis sanguinem esse fundendum. Novis vulneribus veteres rumpendas cicatrices. Senes debiles modò petitâ missione à justo Rege, nunc morituros pro potentia forsitan satellitis alicujus ignobilis. Has cogitationes volventibus nox supervenit, terroremque auxit. Milites in armis vigilabant. Babylonii, alius è muris, alius è culmine sui quisque tecti prospectabant quasi certiora visuri. Nec quisquam lumina audebat accendere. Et, quia oculorum cessabat usus, fremitus, vocesque auribus captabant. Ac plerumque vano metu territi, per obscuras semitas alius alii occursantes, invicem suspecti, & solicii ferebantur. Persæ, comis suo more detonsis, in lugubri veste cum conjugibus, ac liberis, non ut victorem, & modò hostem, sed ut gentis suæ justissimum Regem vero desiderio lugebant. Assueti sub Rege vivere, non alium, qui imperaret ipsis, dignorem fuisse confitebantur. Nec muris urbis luctus continebatur, sed proximam regionem, ab eâ deinde magnam partem Asiæ cis Euphratem, tanti mali fama pervaserat.

NOTAS.

Ad cogitationes. A pensar en lo que.

Invocantes. Llamandole.

Tam viridem. Tan joven: en sus verdes años.

Pro concione. A vista de todos, en publicos consejos de guerra.

In ipsos. Lloraban, y se lastimaban de sí mismos.

Sine certo. No sabiendose, quien sería su sucesor: que no habiendo nombrado sucesor.

De rege. Por quien había de ser Rei: por el Rei, y Reino.

CAPITULO XIX.

*DEXASE MORIR SISIGAMBIS DE
sentimiento.*

AD Darii quoque matrem celeriter perlata est. Abscisâ ergo veste, quâ induta erat, lugubrem sumpfit: laceratisque cinibus, humicorpus abjecit. Assidebat ei altera ex neptibus, nuper amissum Hephæstionem, cui nupserat, lugens; propriasque causas doloris in communi moestitia retractabat. Sed omnium suorum mala Sysigambis una capiebat. Illa suam, illa neptium vicem flebat. Recens dolor etiam præterita revocaverat. Crederes modò amissum Darium, & pariter miseræ duorum filiorum exequias esse ducendas. Flebat mortuos simul, vivosque. Quem enim puerarum acturum esse curam? Quem alium futurum alexandrum? Iterum esse se captas, iterum excidisse

Regno. Qui mortuo Dario ipsas tueretur, reperisse: qui post Alexandrum respiceret, utique non repertas. Subibat inter hæc animum, octoginta fratres suos eodem die ab Ocho sevissimo Regum trucidatos, adjectumque stragi tot filiorum patrem; è septem liberis, quos genuisset ipsa, unum superesse, ipsum Darium floruisse paulisper, ut crudelius posset extingui. Ad ultimum dolori succubuit, obvolutoque capite accidentes genibus suis neptem, nepotemque aversatā, cibo pariter abstinuit, & luce. Quinto, postquam mori statuerat, die extincta est. Magnum profecto Alexandri indulgentiæ in eam, justitiaeque in omnes captivos documentum est mors hujus, quæ cùm sustinuisset post Darium vivere, Alejandro esse superstes erubuit.

NOTAS.

Perlata est. Llegò la noticia.

Retractabat Renobaba: bolvia à traer à la memoria. Reperisse. Habian hallado en Alejandro, quien cui-dase de ella: pero que muerto Alejandro, no balarian ciertamente, quien mirase por ella.

Adjectumque. Y se siguió despues la muerte de su Padre; este fue Artagerges Memnon, que murio de pefadumbre; y pena. (su regazo.

Accidentes. Postrados à sus pies. Forte. Echados en

CAPÍLULO XV.

*ALABA EL AUTOR LAS GRANDES PRENDAS,
y virtudes de Alejandro, y escusa sus defectos,
y vicios.*

*44 ET herculè justè estimantibus Regem liquet,
bona naturæ ejus fuisse, vitia vel fortune,
vel*

vel ætatis. Vis ineredibilis animi , laboris pa-
tientia propemodum nimia , fortitudo non inter
Reges modò excellens, sed inter illos quoquè, quo-
rum hæc sola virtus fuit , liberalitas sæpe majora
tribuentis , quæm à Diis petuntur , clementia in de-
victos , tot Regna , aut redditæ , quibus ea dem-
pserat bello , aut dono data , mortis , cuius metus
exterios exanimat , perpetua contemptio , gloriæ,
laudisque ut justo major cupido , ita ut juveni , &
in tantis admittenda rebus , jam pietas erga paren-
tes , quorum Olympiada immortalitati consecra-
re decreverat , Philippum ultus erat , jam in om-
nes ferè amicos benignitas , erga milites benevo-
lentia , consilium par magnitudini animi , & quan-
tum vix poterat ætas ejus capere , solertia , mo-
dus immodicarum cupiditatum , Veneris intra na-
turale desiderium usus , nec ulla , nisi ex permisso,
voluptas , ingentes p̄fectò dotes erant. Vitia for-
tunæ , Diis equare se , cœlestes honores accersere , &
talia suadentibus Oraculis credere , & deditan-
tibus venerari ipsum vehementius , quæm par esset
irasci , in externum habitum mutare corporis cul-
tum , imitari devictarum gentium mores ; quas ante
victoriam spreverat. Nam iracundiam , & cupi-
dinem vini , sicut juventa irritaverat , ita senectus
mitigare potuisset. Fatendum est tamen , cum plu-
rimum virtuti debuerit , plus debuisse fortunæ ,
quæm solus omnium mortalium in potestate habuit.
Quoties illum à morte revocavit ? Quoties teme-
rè in pericula , vectum perpetuâ felicitate prote-
xit ? Vitæ quoque finem eundem illi , quem glo-
riæ , statuit. Expectavere eum fata , dum , Oriente

perdomito , aditoque Oceano , quidquid mortali-
tas capiebat , impleret . Huic Regi , Ducique suc-
cesor querebatur . Sed major moles erat , quam
ut unus subire eam posset . Itaque nomen quoque
ejus , & fama rerum , in totum propemodum or-
bem Reges , ac Regna diffudit : clarissimique sunt
habiti , qui etiam minime partitantæ fortunæ ad-
helerunt .

NOTAS.

Iste. Conocerán bien los que hicieren de Alejandro el juicio , que se debe , que sus grandes prendas fueron proprias de su genio , è indole .

Ut justo. Aunque es verdad fue maior de lo que debia ser , pero algo se ha de disimular en un joven , y joven tan feliz .

Immortalitate. Hacer Diosa : poner en el numero de los Dioses , y Dieras .

Vitia fortunæ. Los vicios , de que fue causa la fortuna suia , fueron .

Diffudit. Dio Reis , y Reinos : Hizo Reies , y dio Reinos .

CAPITULO XVI.

CONSEJO DE GUERRA PARA LA ELECCION
de nuevo Rei: discurso de Perdicas al mismo fin.

CÆterum Babylone (inde enim divertit oratio)
corporis ejus custodes in Regiam principes
amicorum , Duceisque copiarum advocavere .
Secuta est militum turba cupientium scire , in quem
Alexandri fortuna esset transitura . Multi duces fre-
quen-

quentiâ militum exclusi, Regiam intrâre non poterant, cùm præco, exceptis, qui nominatim citarentur, adire prohibuit. Sed præcarium spernebatur imperium. Ac primùm ejulatus ingens, ploratusque renovatus est. Deinde futuri expectatio, inhibitis lacrymis, silentium fecit. Tunc Perdicca, Regiâ selâ in conspectum vulgi datâ, in quâ diademata, vestisque Alexandri cum armis erant, annulum sibi pridiè traditum à Rege, in eâdem sede posuit. Quorum aspectu rursus obortæ omnibus lacrymæ integravere luctum. Et Perdicca: *Ego quidem, inquit, annulum, quo ille Regni, atque Imperii vires obsignare erat solitus, traditum ab ipso mibi, reddo vobis.* Cæterum, quamquam nulla clades huic, quâ affectamus, par ab iratis Diis excogitari potest; tamen magnitudinem rerum, quas egit, intuentibus, credere licet, tantum virum Deos accommodasse rebus humanis, quarum sorte complerâ, citò repeterent eum suæ stirpi. Proinde, quoniam nibil aliud ex eo superest, quād quod semper ab immortalitate seducitur, corpori, nominique quād primū justa solvamus; haud obliti, in quâ urbe, inter quos simus, quali Rege, ac Præside spoliati. Tractandum est, commilitones, cogitandumque, ut, victoriâ partam inter hos, de quibus parta est, obtinere possimus. Capite opus est. Hoc nē uno, an pluribus, in vestrâ potestate est. Illud scire debetis, militarem sine Duce turbam, corpus esse sine spiritu. Sextus mensis est, ex quo Roxane prægnans est. Optamus, ut marem emitatur. Cujus Regnum Diis approbantibus futurum, quando adoleverit, interim, à quibus regi velitis, destinate. Hæc Perdiccas.

Custodes. Siete de los mas principales y amigos de Alejandro; que siempre le asistian para guarda, y consejeros suyos.

Fortuna. Quien habia de suceder à lo que habia dado la fortuna à Alejandro.

Integravére. Renovaron: bolvieron à mover.

Accommodasse. Lo dieron como de prestado al mundo.

Suæ stirpi. Al Cielo, y Dioses, de quienes descendia.

Quamquod. Que lo que es mortal: que su cuerpo.

Obtinére. Asegurar: mantener en el mismo estado.

Capite De uno, que sea cabeza de los demas.

CAPITULO XVII.

VARIOS PARECERES DE LOS CAPITANES DE Alejandro, sobre quien habia de sucederle.

STUM Nearchus, *Alexandri sanguinem, ac stirpem Regiae majestati convenire, neminem, ait, pisse mirari: ceterum expectari, nondum oratum Regem, & qui jam sit, præteriri, nec animis Macedonum convenire, nec tempori rerum, esse è Barsine filium Regis, huic diadema dandum. Nulli placebat oratio. Itaque suo more hastis scuta quattuentes, obstrepare perseverabant. Jamque prope seditionem pervenerant, Nearcho pervicaciùs tente sententiam. Tum Ptolemæus, Digna prorsus est soboles, inquit, quæ Macedonum imperet genti, Roxanes, vel Barsines filius, cuius nomen quoque Europam dicere pigebit, majore ex parte captivi. Cur*

Per

Persas vicerimus, ut stirpi eorum serviamus? Quod justi illi Reges Darius, & Xerxes tot millium agminibus, tantisque classibus nec quicquam petiverunt. Mea sententia hæc est, ut sede Alexandri in Regiâ posita, qui consiliis, ejus adhibebantur, coeant, quoties in commune consulto opus fuerit; eoque, quod major pars eorum decreverit, stetur: Duces, Præfectique copiarum his pareant. Ptolemeo quidam, pauciores Perdiccæ assentiebantur. Tum Aristonius orsus est dicere: Alexandrum consultum, cui relinquere Regnum, voluisse optimum deligi, judicatum autem ab ipso optimum Perdiccam, cui annulum tradidisset. Nec enim unum eum assedit morienti, sed circumferentem oculos ex turbâ amicorum delegisse, cui traderet. Placebat igitur summam Imperii ad Perdiccam deferri. Nec dubitavere, quin vera censeret. Itaque universi procedere in medium Perdiccam, & Regis annulum tollere jubebant. Hærebat inter cupiditatem, pudoremque, & quod modestius, quod expectabat, appeteret, pervicaciùs oblatus esse credebat. Itaque cunctatus, diuque, quid ageret, incertus, ad ultimum tamen recelsit, & post eos, qui sedabant proximi, constitit. At Meleager unus è ducibus, confirmato animo, quem Perdiccæ cunctatio erexerat: Nec Dicit siverint, inquit, ut Alexandri fortuna, tantique Regni fastigium in istos humeros ruat: homines certè non ferent, Nihil dico de nobilibus, quam hic est, sed de viris tantum; quibus invitis, nihil perpeti necesse est. Nec verò interest, Roxanes filium, quandocumque genitus erit, an Perdiccam Regem habeatis, cùm iste sub tutelæ specie Regnum occupaturus sit. Itaque nemo ei Rex placet, nisi qui nondum

natus est. Et in tanta omnium festinatione, non justa modò, sed etiam necessarià, exactos menses solus expectat, & jam divinat marem esse conceptum, quem vos dubitatis paratum esse, vel subdere? Si medius fidius Alexander hunc nobis Regem pro se reliquisset, id solum ex his, quæ imperasset, non faciendum esse censerem. Quin igitur ad diripiendos thesauros discurritis? barum enim opum Regiarum utique populus est haeres. Hæc elocutus, per medios armatos erupit. Et qui abeunti viam dederant, ipsum ad prænuntiatam Prædam sequebantur.

NOTAS.

Alexandri. Que convenia descendiese de Alejandro, el que hubiese de ser Rei.

Et qui jam. Escluyendo al que habia nacido ya: pasando en blanco.

A Barsine. Que habia tenido Alejandro de Barsines. Digna proflus. Por diez que es digna: es mucha razon por cierto, sea nuestro Rei el hijo de Barsines, ó el que esperamos de Roxanes, quando solo de nombrarle en Europa, se nos habia de caer la cara de verguenza, siendo prisionero nuestro de parte de Madre.

Nec quidquam. En vano intentaron: no pudieron conseguir.

Eoque quod. Y estése à lo que: y hazaselo que. Unum eum. El solo.

Ruat. Venga à parar en Perdicas la dignidad de Alejandro.

Quam hic est. Nada digo de otros mas nobles, que Perdicas.

Sed de illis. Sino de aquellos, que son verdaderamente

te hombres , y contra cuia voluntad , no nos vere-
mos precisados à sujetarnos à esto.

Exactos menses. Los tres meses , que faltaban para
el parto.

Vel subdere? Aun à poner en su lugar à otro , en ca-
so que no sea varon?

Quin igitur. Antes bien.

CAPITULO XVIII.

HABLA UN SOLDADO EN FAVOR DE ARIDEO:
proclamale por Rei el ejercito : diligencias de Me-
leagro para lo mismo : presentalo , y
llamanle Filipo.

JAmque armatorum circa Meleagram frequens
globus erat, in seditionem , ac discordiam ver-
sâ concione , cùm quidam plerisque Macedo-
num ignotus ex infimâ plebe : Quid opus est , in-
quit , armis , civilique bello , habentibus Regem , quem
quæritis ? Aridaeus Philippo genitus , Alexandri pau-
lò ante Regis frater , sacrorum , cæmoniarumque
consors modo , nunc solus hæres , præteritur à vobis . Quo
merito suo ? Quidve fecit , cur etiam gentium commu-
ni jure fraudetur ? Si Alejandro similem quæritis , nun-
quam reperietis : si proximum , hic solus est . His au-
ditis , concio primò silentium velut jussa habuit .
Conclamant deinde pariter : Aridaum vocandum esse ,
mortemque meritos , qui concionem sine eo habuisseat .
Tum Pithon , plenus lacrymarum , orditur dicere :
Nunc vel maximè miserrabilem esse Alexandrum , qui
tam bonorum civium , militumque fructu , & præsen-
tiâ

tia fraudatus esset. Nomen enim, memoriamque Regis sui tantum intuentes ad cetera caligare eos. Haud ambigüe in juvenem, cui Regnum destinabatur, impensa probra, quæ magis ipsi odium, quam Aridæo contemptum attulerunt. Quippe, dum miserentur, etiam favere cœperunt. Igitur non alium se, quam eum, qui ad hanc spem genitus esset, regnare passuros, pertinaci acclamatione declarant, vocarique Aridæum jubent. Quem Meleager infestus, invisusque Perdicæ, strenuè perducit in Regiam, & milites Philippum consalutatum Regem appellant.

NOTAS.

Frequens globus. *Un grueso cuerpo de soldados.*

Sacrorum. *De la misma religion, que vosotros.*

Fructu. *A quien privó la muerte de vér, y gozar de tan buenos soldados, y ciudadanos suyos; porque mirando solo al nombre, y memoria de Alejandro, (haciendo Rei à un hermano suyo) lo erraban en los demás, (dá à entender, que no tenía Arideo partidas de Rei).*

Impensa. *Se dirigía la malicia de estas palabras contra el joven Arideo.*

Se. *Que ellos no permitirian.*

Miserentur. *De Arideo.*

CAPITULO XIX.

NUEVOS ALBOROTOS, Y ALTERACIONES SOBRE
el nuevo Rei: visto Arideo las insignias Reales.

Cæterum hæc vulgi erat vox, Principum alia sententia. E quibus Python consilium Perdicæ exequi coepit, tutoresque destinat filio ex Ro-

xane futuro, Perdiccam, & Leonatum stirpe Regiâ genitos. Adjecit, ut in Europâ Craterus, & Antipater res administrarent. Tum jusjurandum à singulis exactum, futuros in potestate Regis geniti Alexandro. Meleager haud injuriâ metu supplicii territus, cum suis secesserat. Rursus Philippum trahens secum, irrupit in Regiam, clamitans: *Suffragari speipubl. de novo Rege paulò ante concentæ, robur ætatis experientur modò stirpem Philippi, filium, ac fratrem Regem duorum semetipſis potiorem crederent.* Nullum profundum mare, nullum vastum fretum, & procellosum tantos ciet fluctus, quantos multitudo motus habet, utique si novâ, & bievi duraturâ libertate luxuriat. Pauci Perdicæ modo elecțio, plures Philippo, quam speraverat, Imperium dabant. Nec velle, nec nolle quidquam diu poterant, pœnitiebatque modò consilii, modò pœnitentiæ ipsius. Ad ultimum tamen in stirpem Regiam inclinavere studiis. Ceferat ex concione Aridæus Principum Auctoritate conteritus: & abeunte illo conticuerat magis, quam languerat militaris favor. Itaque revocatus, vestem fratris, eam ipsam, quæ in sellâ posita fuerat, induitur. Et Meleager, thorace sumpto, capit arma, novi Regis satelles. Sequitur phalanx hastis clypeos quatiens. *Expleturam se sanguine ilorum, qui affectaverant nihil ad ipsos pertinens Regnum, minabatur: In eâdem domo, familiâque Imperii vires remansuras: hereditarium imperium stirpem Regiam vindicaturam: affuetos esse nomen ipsum colere, venerarique, nec quemquam id capere, nisi genitium, ut regnaret.*

Philippum. A Arideo llamado Filipo en aquél genero de coronacion.

Sibimetipsis. Que se gobernasen por sí mismos, y no por otros.

Multitudo. Cuantas reboluciones mueve el vulgo.

Luxuriat. Está insolente: atrevidamente se propasa.

Illorum qui. De aquellos que pretendian la corona, à que no tenian derecho.

CAPITULO XX.

NUEVAS DISPOSICIONES DE PERDICAS: INTENTA
ta matarlo Meleagro: sale Perdicas inmediata-
mente de Babilonia; y se junta con Leonato,
y la caballeria.

Igitur Perdicca territus, conclave, in quo Alex-
andri corpus jacebat, obserari jubet: Sex-
centi cum ipso erant spectatæ virtutis. Ptole-
mœus quoque se adjuxerat ei, puerorumque Re-
gia cohors. Cæterùm haud difficulter à tot milli-
bus armatorum claustra perfracta sunt. Et Rex quo-
que irruperat, stipatus satellitum turbâ, quorum
princeps erat Meleager. Iratusque Perdicca, hos,
qui Alexandri corpus tueri vellent, sevocat. Sed
qui irruperant, eminùs tela in ipsum jaciebant.
Multisque vulneratis, tandem seniores, demptis
galeis, quò faciliùs nosci possent, precari, qui
cum Perdiccâ erant, cœpere, ut abstinerent bello,
Regique, & pluribus cederent. Primus Perdicca
arma depositi, cæterique idem feceré. Meleagro
deinde suadente, nè à corpore Alexandri discede-
rent,

rent, insidiis locum quæri rati, diversâ Regiæ parte ad Euphratēm fugam intendunt. Equitatus, qui ex nobilissimis juvenum constabat, Perdiccam, & Leonatum frequens sequebatur, placebatque excedere urbe, & tendere in campos. Sed Perdicca nè pedites quidem secuturos ipsum desperabat. Itaque, ne abducendo equites, abrupisse à cætero exercitu videretur, in urbe substituit. At Meleager Regem monere non destitit: *fus imperii Perdicce morte sanciendum esse: ni occupetur impotens animus, res novatarum: meminisse eum, quid de Rege meruisset, neminem autem ei satis fidum esse, quem metuas.* Rex patiebatur magis, quam assentiebatur. Itaque Meleager silentium pro imperio habuit, misitque Regis nomine, qui Perdiccam accerserent. Iisdem mandatum, ut occiderent, si venire dubitaret. Perdicca, nuntiato satellitum adventu, sexdecim omnino pueris Regiæ cohortis comitatus, in limine domus suæ constituit: castigatosque, & Meleagri mancipia identidem appellans, sic animi, vultusque constantia terruit, ut vix mentis compotes fugerent. Perdicca pueros jussit equos descendere, & cum paucis amicorum ad Leonatum pervenit, jam firmiore præsidio vim propulsaturus, si quis inferret.

NOTAS.

Satelitum. De sus alabarderos, y guardias de Corps. Quicum. A los que acompañaban à Perdicas.

Insidiis. Creiendo querian tenerlos en un lugar citados, para alguna traicion; por una parte secreta, y puerta falsa.

Tendere in. Y poner sus reales en campo raso.

Jus. Que debia asegurar la corona, quitando à Perdicas la vida; que sino cortaba los pasos à un hombre tan impetuoso, y ambicioso, lebantaria alguna sedicion: que tenia Perdicas mui en la memoria lo que habia hecho por el que era Rei: lo mucho que habia hecho, porque no fuese Rei.

Castigatos. Reprehendiendolos asperamente.

CAPITULO XXI.

QUIEREN VENGAR LOS SOLDADOS EL ATENTADO de matar à Perdicas, nuevas indecisiones, y temores del Rei, y los suyos.

Posterio die indigna res Macedonibus videbatur, Perdiccam ad mortis periculum addutum: & Meleagri temeritatem armis ultum ire decreverant. Atque illi seditione professâ, cùm Regem adissent, interrogare eum cœpere: *An Perdiccam comprehendendi ipse jussisset.* Ille Meleagri insinatu se jussisse, respondit, cæterum non debere tumultuari eos, Perdiccam enim vivere. Igitur concione dimissâ, Meleager, equituum maximè defectio-
ne perterritus, inopsque consilii (quippe in ipsum periculum reciderat, quod inimico paulò ante intenderat) triduum ferè consumpsit incerta consilia volvendo. Et pristina quidem Regiæ species manebat. Nam & Legati gentium Regem adibant, & copiarum Duces aderant, & vestibulum satellites, armatique compleverant. Sed ingens sua sponte moestitia, ultimæ desperationis index erat.
Suf-

Suspectique invicem non adire propriis, non collo-
qui audebant, secretas cogitationes intra se quoque
volventes. Et ex comparatione Regis novi deside-
rium excitabatur amissi. Ubi ille esset, cufus impe-
rium, cufus auspicium sequuti erant, requirebant.
Destitutos se inter infestas, indomitasque gentes. Expe-
tituras tot clodium suarum pœnas, quandocumque obla-
ta esset occasio. His cogitationibus animos exede-
bant, cum annuntiatur, equites, qui sub Perdic-
câ essent, occupatis circa Babylonem campis, fru-
mentum, quod in urbem invehebatur, retinuisse.
Itaque inopia primùm, deinde fames esse coepit.
Et, qui in urbe erant, aut reconciliandam gra-
tiam cum Perdiccâ, aut armis certandum esse cen-
sebant.

NOTAS.

Ultum ire. *Vengarse tomarse por sí mismo la satisfac-
cion.*

Seditione professâ. *Confesando el tumulto que se habia
lebantado, y lo alborotado que estaban todos.*

Instincu. *Por sugestion: à persuasion.*

In ipsum. *Habia recaido sobre él el mal, que habia
maquinado contra.*

Suâ sponte. *No fingida, y posiza: si no verdadera,
y natural.*

Animos exedebant. *Se aflijian, y consumian á sí
mismos.*

CAPITULO XXII.

PIDE EL REI A PERDICAS LA PAZ POR SUS Embajadores: no la alcanza: alborotanse los soldados: sostegalos: el Rei viene en las condiciones de la segunda embajada.

FOrtè ita acciderat, ut qui in agris erant, populationem villarum, vicorumque veriti, confugerent in urbem: oppidani, cùm ipsos alimenta deficerent, urbe excederent; & utriusque generi tutior aliena sedes, quām sua videtur. Quorum consternationem Macedones veriti in Regiam coeunt, quæque ipsorum sententia esset, exponunt. Placebat autem Legatos ad equites mitti, de finiendâ discordiâ, armisque ponendis. Igitur à Rege legatur Pasas Thessalus, & Amisias Megalopolitanus, & Perilaus. Qui cùm mandata Regis edidissent; non aliter posituros arma equites, quām si Rex discordiæ autores dedidisset, tulere responsum. His renuntiatis, sua sponte milites arma capiunt. Quorum tumultu è Regia Philippus excitus, Nibil, inquit, seditione est opus. Nam inter se certantium præmia, qui quieverint, occupabunt. Simul mementote rem esse cum civibus, quibus spem gratiæ citò abrumpere, ad bellum civile properantium est. Alterà legatione, an mitigari possint, experiamur. Et credo nondum Regis corpore sepulto ad præstanda ei justa omnes esse coituros. Quod ad me attinet, reddere hoc imperium malo, quam exercere civium sanguine. Et si nulla alia concordiæ spes est, oro, quæsoque, eligi-

gite potiorem. Obortis deinde lacrymis diadema detrahit capiti, dextram, qua id tenebat, protendens, ut, si quis se dignorem profiteretur, acciperet. Ingentem spem indolis ante eum diem fratriis claritate suppressam ea moderata excitavit oratio. Itaque cuncti instare coeperunt, ut, quæ agitasset, exequi vellet. Eosdem rursus legat, petituros ut Meleagrum tertium Ducem acciperent. Haud ægrè id impetratum est. Nam & abducere Meleagrum Perdicca à Rege cupiebat, & unum duobus imparem futurum esse censebat. Igitur Meleagro cum phalange obviam egresso, Perdicca equitum turmas antecedens occurrit. Utrumque agmen, mutua salutatione factâ, coit, in perpetuum (ut arbitrabantur) concordiâ, & pace firmatâ.

NOTAS.

Qui in agris erant. Los Aldeanos.

Utrique generi. A Aldeanos, y Babilonios: à unos, y à otros.

Ponendis. Y de dejar las armas. (rotos)

Quam si. Que entregádoles el Rei à las cabezas del albo-

Qui quieverint. Los que se estuvieren quietos, y neutrals.

Quibus spem. A los cuales, no darles treguas, y dejarles sin esperanza del perdon, y de la paz.

Properantium est. Es propio de los que atropellan por todo, y no reparan en tomar las armas para una guerra civil.

Ad præstanta. Para hacerle las exequias, y funerales.

Suppressæ. Obscurecida hasta entonces con la gloria de su hermano.

Duobus. A Perdicas, y Leonato.

CAPITULO XXIII.

*QUE FASE EL AUTOR DEL ESTADO EN QUE
se hallaban los Macedonios: ardido de Perdicas
para perder à Meleagro.*

SED jam fatis admovebantur Macedonum genti bella civilia. Nam & insociabile est Regnum, & à pluribus expetebatur. Primum ergo collegere vires, deinde disperserunt; &, cùm pluribus corpus, quām capiebat, onerassent, cetera membra deficere cœperunt. Quodque Imperium sub uno stare potuisset, dum à pluribus sustinetur, ruit. Proinde jure, meritoque Populus Romanus salutem se Principi suo debere profiterur; cui noctis, quam penè supremam habuimus, novum sidus illuxit. Hujus herculè, non Solis, ortus lucem calliganti reddidit mundo, cùm sine suo capite discordia membra trepidarent. Quot ille tum extinxit faces? quot condidit gladios? quantam tempestatem subitâ serenitate discussit? Non ergo revirescit solum, sed etiam floret Imperium. Absit modò invidia, excepit hujus sœculi tempora ejusdem domus, utinam perpetua, certè diurna posteritas. Ceterum, ut ad ordinem, à quo me contemplatio publicæ felicitatis averterat, redeam, Perdicca unicam spem salutis suę in Meleagri morte deponebat: vanum eundem, & infidum, celeriterque res novaturum, & sibi maximè infestum, occupandum esse. Sed altâ dissimulatione consilium premebat, ut oppimeret incautum. Ergo clam quosdam ex copiis, quibus præterat, subornavit; ut, quasi ignoraret ipse, conquererentur palam, Meleagrum exqua-

equatum esse Perdiccæ. Quorum sermone Meleager ad se relato , furens irâ , Perdiccæ , quæ compertisset , expōnit. Ille , velut novâ re exterritus , admirari , queri,dolentisque speciem ostentare ei cœpit. Ad ultimum convenit , ut comprehendenterunt tam seditiosæ vocis auētores. Agit Meleager gratias , amplexusque Perdiccam , fidem ejus in se , ac benevolentiam collaudat. Tum communī consilio rationem opprimendi noxios ineunt. Placet exercitum patrī more lustrari: & probabilis causa vi debatur preterita discordia.

NOTAS.

Insociabile est. No admite dos cabezas , que igualmente manden , ni compañeros en reinar.

Et cum. Y poniendo en el vasto cuerpo de aquellos Reinos mas cabezas de las que admitia su capacidad , cada Rei , y miembro de por si , flaqueó , y se viò falto de aquellas fuerzas , que tenian , cuando estaban unidos.

Principi. Segun unos Vespasiano , segun otros Claudio , segun otros Augusto.

Cui. Al cual pueblo Romano.

Hujus hercule. El nacimiento desta estrella ,deste Principi.

Ejusdem Domus. O la de Vespasiano , ò Claudio , &c. Absit modo. Si lo consienten los Dioses , llenará este siglo y muchos años la posteridad , y sucesores desta casa que à lo menos será de la larga duracion , y ojala que sea eterna.

Convenit. Convinieron : se concertaron los dos en que Ejus in se. De Perdicas para con Meleagro.

Lustrari. Se purificase ; y parecia ser bastante razon para ello.

CAPITULO XIV.

*MODO DE PURIFICARSE EL EGERCITO: QUITA
Per dicas la vida à trecientos que habian seguido
à Melagro, y despues à este.*

MAcédonum Reges ita lustrare soliti erant milites, ut discissæ canis viscera ultimo in campo, in quem deduceretur exercitus, ab utrâque abjicerentur parte: intra id spatum armati omnes starent; hinc equites, illinc phalanx. Itaque eo die, quem huic sacro destinaverant, Rex cum equitibus elephantisque constituerat contra pedites, queis Meleager prægerat. Jam equestre agmen movebatur, & pedites subitâ formidine, ob recentem discordiam haud sanè pacati quidquam expectantes, parumper addubitavere, an in urbem subducerent copias. Quippe pro equitibus planities erat. Cæterum veriti, ne temerè commilitonum fidem damnarent, substitores præparatis ad dimicandum animis, si quis vim inferret. Jam agmina coibant, parvumque intervallum erat, quod aciem utramque divideret. Itaque Rex cum unâ alâ obequitare peditibus cœpit, discordiæ autores, quos tueri ipse debebat, instinctu Perdiccæ ad supplicia deposcens; minabaturque, omnes turmas cum elephantis inducturum se in recusantes. Stupebant improviso malo pedites, nec plus in ipso Meleagro erat aut consilii, aut animi. Tutissimum ex presentibus videbatur expectare potius, quam movere fortunam. Tum Perdicca, ut torpentes, & obnoscens

xios vidit, trecento ferè, qui Meleagrum erumpentem ex concione, quæ prima habita est post mortem Alexandri, sequuti erant, à cæteris discretos, elephantis in conspectu totius exercitus objicit. Omnesque belluarum pedibus obtriti sunt; nec prohibente Philippo, nec auctore. Apparebatque, id modò pro suo vindicaturum, quod approbasset eventus. Hoc bellorum civilium Macedonibus & omen, & principium fuit. Melcager, serò intellectâ fraude Perdiccæ, tum quidem, quia ipsius corpori vis non afferebatur, in agmine quietus stetit: at mox, damnatâ spe salutis, cùm ejus nomine, quem ipse fecerat Regem, in perniciem suam abutentes videret inimicos, confugit in templum. Ac ne loci quidem religione defensus, occiditur.

NOTAS.

Ab utrâque. De una, y otra parte: à mano izquierda, y derecha.

Ultimo. En las dos extremidades del campo.

Sacro. Destinado, para esta función, ceremonia sagrada.

Peccati. No dándose por seguros, ni esperando cosa favorable: temiendo algún mal suceso.

Pro equitibus. Era ventajosa à la caballería.

Obequitare. A acercarse con una ala de caballería à la infantería.

Tutissimum. Tubo por mas seguro en las circunstancias presentes acomodarse à cualquiera fuerte que moverse à nada.

Torpentes. Sin saber que baserse, y preocupados del miedo.

Vindicaturum. Que solo se atribuiria à si como cosa
suya o que tuviese feliz éxito.

Damnata. No teniendo esperanza ya de librarse de sus
enemigos, cuando abusando de la autoridad de
aquel a quien él había hecho Rei.

CAPITULO XXV.

*DIVIDENSE LOS REINOS, Y PROVINCIAS ENTRE
los mas principales : entran estos en otros grandes
Reinos, y al cabo se intitulan, y
llaman Reies.*

35 **P**erdicca, perducto in urbem exercito, concilium Principum virorum habuit. In quo Imperium ita dividi placuit, ut Rex quidem summam ejus obtineret, Satrapes Ptolemaeus Ägypti, & Africæ gentium, quæ in ditione erant. Laomedonti Syria cum Phœnice data est: Philotæ Cilicia destinata: Lyciam cum Pamphilia, & majore Phrygiâ obtinere jussus Antigonus: in Cariam Casander, Menander in Lydiam missi: Phrygiam minorem Hellesponto adjunctam Leonati provinciam esse jusserunt: Cappadocia Eumeni cum Paphlagoniâ cessit. Praeceptum est, ut regionem eam usque ad Trapezunta defenderet, bellum cum Arbate gereret. Solus hic detrectabat Imperium. Pithon Mediam, Lysimachus Thraciam, appositaisque Thraciæ Ponticas gentes obtinere jussi. Qui Indiæ, quique Bactris, & Sogdianis, ceterisque Oceanii, aut Rubri maris accolis prægerant, quibus quisque finibus habuisset, Imperii etiam jus obtineret. De-

cretum est , ut Perdicca cum Rege esset ; copiisque præfasset , quæ Regem sequebantur. Credidere quidam , testamento Alexandri distributas esse provincias : sed famam ejus rei (quanquam ab auctori- bus tradita est) vanam fuisse comperimus. Et quidem suas quisque opes , divisim Imperii partibus , tuebantur , quas ipsi fundaverant ; si unquam aduersus immodicas cupiditates terminus staret. Quippe paulò antè Regis ministri , specie Imperii alieni procurandi , singuli ingentia invaserant Regna , sublatis certaminum causis , cùm & omnes ejusdem gentis essent , & à cæteris sui quisque Imperii regione discreti. Sed difficile erat eo contentos esse , quod obtulerat occasio : quippe sordent prima , cùm majora sperantur. Itaque omnibus expeditius videbatur augere Regna , quam fuisse accipere.

NOTAS.

Solus hic. Este Arbates era el unico , que queria sujetarse à los Macedonios.

Appositas. Adiacentes : confinantes.

Qui Indiæ. Los que estaban en la India por gobernadores tubiesen tambien el mismo derecho , y autoridad que los demas en las tierras , y terminos , que gobernaban.

Sed famam. Engañase Curcio porque la Escritura I. Machab. c. 1. v. 7. dice : Et vocabit pueros suos nobiles qui se cum erant nutriti à juventute , & divisit illis regnum cum ad huc viveret.

Fundaverant. Habian establecid.

Specie. Con el pretesto de administrar un Reino no suyo,

fino de el Rei, se hallaban en posecion de grandes Reinos.

Sublatis. Quidada toda ocasion de disensiones, y diferencias.

CAPITULO XXVI.

EMBALSAMAN EL CUERPO DE ALEFANDRO:
dicese que murió de veneno, y de que especie: trasladan el cadaver à Menfis, y despues
à Alejandria.

42

SOptimus dies erat, ex quo corpus Regis jacebat in solio, curis omnium ad formandum publicum statum à tam solemni munere averfis. Et non aliis, quam Mesopotamie regioni fervidior æstus existit, adeò, ut pleraque animalia, quæ in nudo solo deprehendit, extinguat. Tantus est vapor Solis, & cœli, quo cuncta, velut igne, torrentur. Fontes aquarum, & rari sunt, & incolentium fraude celantur. Ipsiſ usus patet, ignotus est advenis. Ut tandem curare corpus exanimum amicis vacavit, nullâ tabe, ne minimo quidem livore corruptum videre, qui intraverant. Vigor quoque, qui constat ex spiritu, non destituerat vultum. Itaque Ægyptii, Chaldæique iussi corpus suo more curare, primò non sunt ausi admoveare, velut, spiranti, manus: deinde precati, ut jus, fasque esset mortalibus atrectare eum, purgavere corpus. Repletumque est odoribus. Aurum

fo-

solum, & capiti adjecta fortunq; ejus insignia. Veneno necatum esse credidere: plerique, filium Antipatri inter ministros, *Jollam* nomine, patris jussu dedit. Sæpè certè audita erat vox Alexandri, *Antipatrum Regium affectare fastigium, majoremque esse Praefecti opibus; ac titulo Spartanæ victoriæ inflatum, omnia à se data afferentem sibi.* Credebant etiam, Craterum cum veterum militum manu ad interficiendum eum missum. Vim autem veneni, quod in Macedoniâ gignitur, talem esse constat, ut ferrum quoque exurat, ungulæ jumenti dunatax patiens. Stygem appellant fontem, ex quo pestiferum virus emanat. Hoc per Cassandrum allatum, traditumque fratri Jollæ, & ab eo supremæ Regis potioni inditum. Hæc, utcunque sunt tradita, eorum, quos rumor asperferat, mox potentia extinxit. Regnum enim Macedoniæ Antipater, & Græciam quoque invasit. Soboles deinde exceptit, imperfectis omnibus, quicunque Alexandrum etiam longinquâ cognatione contingerent. Cæterum corpus ejus à Ptholemœo, cui Ægyptus cesserat Memphin, & inde paucis post annis Alexandriam translatum est. Omnisque memorie, ac nomini homos habetur.

NOTAS.

Curis. Dejando todos à un lado las exequias, por ordenar la administracion del Reino, y mirar por el bien comun.

Tantus est. Tanto es el ardor del sol, y calor del aire, y está este tan abochornado.

Curare tandem. Embalsamar , bacer los funerales , y enterrar.

Mortalibus. Dan à entender en esto , que le teniam por Dios , è immortal.

Vigor. Dejabase ver en su semblante aquel color , espiritu , y vigor , que tenia cuando vivo.

Velut. Al que parecia estaba aun con vida.

Inter ministros. Uno de los que servian à la mesa.


Majoremque. X que era mas poderoso de lo que llevaba de suyo el estado de Gobernador , y que orgulloso con la victoria que habia alcanzado de los Espartanos decia que todo se lo debia à si mismo , y à sus puños.

Inditum. Echado , y mezclado en el ultimo vaso que bebió el Rei.

Quos rumor. A los cuales se les atribuia por la fama , y rumores que corrian. La escritura I. Macb. c. I. v. 6. dice sencillamente : Et post hæc decidit in lectum , & cognovit quia moreretur.

FINIS.

A
Amanisim
A
Amanisini
6 A
Amanesimo Jesus
A
Amanesimo Jesus
7 A
Amanesimo Jesus
A
Amanesimo



G-E 273